



**Prisciani Cæsariensis, Rhemnii Fannii, Bedae Angli, Volvsii  
Metiani. Libri de nummis, ponderibus, mensuris, numeris,  
eoru[m] notis, & de vetere computandi per digitos ratione**

<https://hdl.handle.net/1874/437264>

4

PRISCIANI  
CÆSARIENSIS,

RHEMNI FANNII,  
BEDÆ ANGLI,  
VOLVSI METIANI.

LIBRI

*De nummis, ponderibus, mensuris,  
numeris, eorúmque notis, & de vetere  
computandi per digitos ratione, ab  
Elia Vineto Santone emendati.*




PARISIIS,  
In Ædibus Rouillij via Iacobæa,  
sub signo Concordiæ.

1565.

*Cum privilegio Regis.*

# PRIVILEGII REGIS

## SENTENTIA.


 AROLI IX. Christianissimi atque  
 Augustissimi Francorum Regis pri-  
 vata lege sancitum est, & Typo-  
 graphis & ceteris omnibus, imprimere nec  
 diuendere, hos PRISCIANI CAESA-  
 RIENSIS, RHEMNI FANNI,  
 BEDAE ANGLI, VOLVSI ME-  
 TIANI libros de nummis, ponderi-  
 bus, mensuris, numeris, eorumque no-  
 tis, & de vetere computandi per digi-  
 tos ratione ab Elia Vineto Santone  
 emendatos, ante septennium, ab anno hu-  
 ius primæ editionis numerandum, nisi quis  
 Philippi Galteri Rouilly consensum habuerit.  
 Alias quis fecerit, poenis, quàm literæ ab eius  
 Maiestate impetratæ continent, multabitur.



ELIAS VINETVS  
LECTORI

S.



ANNI SVNT  
plus viginti quin-  
que, quum Pri-  
sciani gramma-  
tica emendare  
aggressus sum:  
& tanto tamen

tempore non admodum promo-  
ui: adeo est difficile antiquos in-  
uenire codices, in quibus sint in-  
tegra quum Latina, tum Græca,  
quæ hic auctor Latinis suis im-  
miscuit. Dum quærerere pergo, si

fortè possum tandem inuestigare, vnde instituto meo extremam manum imponam: libellum Prisciani de nummis & ponderibus & numeris interea publicare visum. Quem ita restitui, vt non sperem posse vnquam reddere meliorem. Eius Latina ex multis emendauit vetustis codicibus: Græca in vnico reperi: quem commodauit Ioannes Tilius, Briocensis episcopus, de disciplinarum liberalium studiosis vir benè meritus: qui nunquam cessauit iam inde à prima adolescentia veteres bibliothecas scrutari, siquid vsquam reperiat bonarum literarum neglectum & latens, quod in lucem proferat. Qui codex, tametsi mendosissimus erat, tamen si integer fuisset, sed ex de-

cem & octo libris vix duæ tertiæ  
 posteriores partes octauidecimi  
 supererant, potuissem, vt arbi-  
 tror, omnia Prisciani scripta nunc  
 edere longe emendatiora. Quæ  
 corruerunt indignis modis non  
 solùm veteres librarij, verum etiã  
 noui, aut illi saltem, qui apud no-  
 stros typographos nuper emen-  
 danda susceperunt. Nam vt de  
 ceteris flagitiis in eo scriptore cõ-  
 missis taceam, veteres librarij, qui  
 Græca neque legere, neque scri-  
 bere nouerant, ea plerúnque præ-  
 termittebant: isti verò noui casti-  
 gatores veterum scriptorum, ho-  
 mines audaculi, quæ Græca de-  
 siderabantur, ea ex suo ingenio  
 per Latinorum comparationem  
 posse se restituere putauerunt: sed  
 quàm inepti fuerunt, quàm deri-

diculi, & improbi in ea re, Tili no  
 stri codex nobis prodidit. Exiguū  
 autem libellum nolimus solum  
 emittere, verum illi aliquot eius-  
 dem argumenti comites addere  
 placuit. Quos etiam cunctos ex  
 veterum librorum collatione lon-  
 ge meliores reddidimus. Vale, Bur-  
 digala, idibus Nouembris, anno  
 Christi millesimo quingentesi-  
 mo sexagesimo quarto.

DE AVCTORIBVS.



Dysciantium Cesa-  
riensem vixisse sub  
Iustiniano principe  
omnes sunt aucto-  
res. Vidimus Ro-  
chella antiquū eius

grammaticorum exemplar, in quo ad-  
diderat librarius, id se scripsisse Constan-  
tinopoli, Mauortio consule. Fuit autem  
Mauortius consul, solus, anno primo  
Imperij Iustiniani: qui erat annus Chri-  
sti quingentesimus vicesimus nonus, vt  
putat Haloander.

Beda, est Monachus ille Anglus lon-  
ge doctissimus: quem Venerabilem co-  
gnominauerunt. Hic diem obiuisse tra-  
ditur anno Christi septingentesimo tri-  
cesimo secundo.

Remus Fauinus, siue vt alius appel-



*latur, Rhemnius Fannius Palamon, quis fuerit, & quibus vixerit temporibus, nemo nouit hodie, quod sciam.*

*VOLVSIUM Metianum auctorem libri de asse, nescio, an aliquem ex iuris professoribus fuisse ex eo coniectas, quod in ipso statim libri principio, assis distributionem in heredum institutione necessariam esse scribat: sed credunt tamen multi, Metianum illum esse iurisconsultum, quem cum Vero, Valente, Marcello, & Iaboleno in consilium ab Antonino Pio ad multa de iure sancienda adhibitum fuisse, & ab Antonino Philosopho iuri studente auditum memoriae prodidit Capitolinus, eum tribus nominibus Lucium Volvsum Metianum in Antonini Philosophi vita appellans. Idem autem vix potest esse ille iurisperitus Metianus: quæ ita solo Metiani nomine vocat Lampri-*

dius, vnum ex Alexandri Seueri confi-  
 liariis cum Vlpiano, Paulo, Pomponio,  
 Modestino, & aliis eiusdem disciplinae  
 claris professoribus. Senex enim nimirum  
 uixisset, postquam inter Antonini Pij,  
 & Alexandri Seueri principatus anni  
 sunt plus sexaginta. Ita si fuerint Me-  
 tiani multi, incertum erit, cuius eorum  
 sit liber ille de asse. Metianus autem, qui  
 sedecim, fideicommissorum, & publico-  
 rum, quatuordecim libros composuit,  
 & si qua Metiani alia citantur in Iusti-  
 niani digestis, haec sunt, ut arbitror, om-  
 nia eius Metiani, quem in Antonini Pij  
 consilio fuisse diximus. Hoc sic habere  
 colligo, quum ex aliis locis istorum Di-  
 gestorum, tum ex lege ( ut iurisperiti  
 nostri citant ) octogesima sexta tituli se-  
 cundi, libri vicesiminoni : ex lege deci-  
 ma septima tituli de Iure patronatus li-  
 bro tricesimo septimo : & ex lege qua-

dragesima secunda tituli quinti, libri  
 quadragesimi. Quibus locis appellatur  
 Metianus quidem tantum saepius, sed  
 duobus tamen interdum nominibus Vo-  
 lufius Metianus, ut in illo de Iure patro-  
 natus capite, & in titulo de Lege Rho-  
 dia libro quartodecimo: nunquam tri-  
 bus, quae apud Capitolinum leguntur.  
 Quum autem MAECII & ME-  
 TII fuerint inter Romana nomi-  
 na (nisi forte hi, Mettij potius scribendi  
 sint, geminata consonante media, quam  
 Metij) vnde Maeciani & Metiani fiant,  
 sicut ab Aemilio Aemiliani, & Octa-  
 vio Octavianiani, à Rullo Rulliani, à Iu-  
 stino Iustiniani sunt dicti: hic nobis v-  
 nus scrupulus etiam restat, Maecianone  
 cognomentum illi fuerit, an Metiano.  
 Metianus scribitur in omnibus, quot-  
 quot videre mihi contigit omnium  
 scriptorum exemplaribus, praeterquam

INDEX PRISCIANI ET  
in Digestis illis Florentinis: in quibus  
nusquam aliter, quam MAECIA-  
NVS, & Græcè etiam Μακρίανος scri-  
bitur, quatuor illis primis literis, quæ  
& in Macenate prima debent esse.

AVTHORVM NOMINA

quæ passim in his ponderibus libris  
inveniuntur.

Apollonides.

Arruntius.

Cæsar.

Cicero.

Dardanus.

Didimus.

Donatus.

Herodotus.

Hieronimus.

Horatius.

Leges XII.

Lucanus.

Lucius Farnæus.

Persius.

Philippus.

Polybius.

Sallustius.

Seneca.

Terentius.

Titus Liuius.

Varro.

Virgilius.

INDEX PRISCIANI ET  
aliorum, de Ponderibus, notis,  
numeris, & mensuris.

A

<b>A</b> Estum maris oceani,	48	Amphora Medimni,	31
Aliquotiens,	22	Amphora,	31.33
Annulus vel annuus,	24	Artaba,	33
As, ab aere dictus,	6	Argentum	36.37.38
As cum nota & parti-		Aurum,	ibid.
bus eius.	50	B	
Asses olim libriles erant,	62	Bes sine Besis	46
Assis appellatio, &c.	56	Bes olim Des,	13
Assis nota,	61	Besis	8. 30.33
Assis semis, nota,	ibid.	Besis cum partibus &	
As, cum partibus eius,	49	nota eius,	50
Assis summa diuisionis		Biceps	25
ex partibus eius,	51	Bicolor,	ibid.
Assis sub diuisione & no-		Bicorpor,	ibid.
tae in denaria ratione,		Biduum,	ibid.
	57	Biennium,	24
Assis nona,	55	Bifariam,	25
Assis octaua,	ibid.	Bifidus	ibid.
Assipodium	12	Biformis	24
Attica Libra,	29	Bifurcus,	26
		Bigati nummi,	ibid.
		Bigæ,	ibid.
		Biugus,	26

INDEX.

Bilibris	24	Centumgeminus,	25
Bilinguis,	25	Centumvir,	26
Bimanus,	ibid.	Centurio & centuriatus	
Bimus,	24	& succenturiatus,	20
Bina sextula diuisio &		Centussis,	12.24
nota,	53	Chemen,	32
Bini,	18	Χίλιοι,	6
Binoctium,	25	Cinus siue Quincunx,	
Bipatens,	ibid.		46
Bipes,	ibid.	Cochlearia bina,	32.33
Bis,	21	Computandi ratio,	39
Bis denis pro bis decem		Cotyla,	31
Virgilius,	23	Cotile,	32
Bisulcus,	25	Cubus,	31
Biuium,	ibid.	Culeus,	33
C		Cyathus,	32
Cadus,	33	Cyclópes,	18
Cecropius talentum ma-		Cylindrus,	34.35
gnum,	29	D.	
Centenarius,	21	Decanus,	20
Centeni,	18	Decempes & decem-	
Centesimus,	39	peda,	25
Centesimus numerus,	39	Decemvir,	26
Centiceps,	25	Decies,	22
Centies,	22	Decimanus,	20
Centimanus,	25	Decunx,	30

INDEX.

Decunx vel dextans,	partibus eius,	51
8.46	Dextantis diuisio,	52
Decuria decurio & de-	Dextans vel decunx,	46
curiatus,	20	Digitorum computandi
Decus, nota, & partes	ratio,	39
eius,	59	Dodrans,
Decussis,	12.24	8.13.30
Denarij nummi argentei,	Dodrantis diuisio,	52
20	Dodrans siue doras,	46
Denarij,	13	Dodrans cum nota &
Denarij nota,	57	partibus eius,
Denarius,	8.10.21	51
Denarij decima pars	Doras siue Dodrans,	46
olim librã valebat,	62	Drachma,
Denarius olim decem as-	8	10 28.29
ses valebat,	57.62	Drachma siue argenteus,
Et nunc in sexdecim di-	63	8
stributus est,	18	Ducenteni & ducenti,
Deni,	18	18
Deunx,	8.13.24.30	Ducenties,
Deuncis diuisio,	52	22
Deunx cū nota & parti-	Ducentenarius & duce-	
bus eius,	51	narius,
Deunx siue Iabus,	46	21
Dextans,	13.24	Ducesimus vel Duce-
Dextans cum nota &		simus & similia,
		17
		Duella,
		28
		Duo asses, DVSSIS,
		24
		Duodecies,
		22
		Duodecies, nota & par-
		tes eius,
		59
		Duodeni,
		18

INDEX.

Duodeviginti,	24	L	
Duodetriginta,	ibid.	Libella,	60.61
Duplex,	23	Libra,	8.4.9.24.29.
Duplico	23	30.33	
Dupondius, 6.13.23.24		Libra vel as siue assis,	46
Dupondius à duobus pon-		Libra siue mina attica,	8
deribus,		Libra siue mina graia,	8
Dupondij nota & partes		Librae Romanae,	20
eius,	58	Libriles olim asses erant,	
Dupondij nota,	61	62	
Dupondij semis nota,	62	Ludi pro spectaculis,	19
Duplum,	23	Ludi quando spectacula	
Duum vir,	26	significant, semper plu-	
Duo pedes & semis fe-		raliter dicuntur,	19
stertius pes vocatur,	57	Lympha pro Nympha,	4
E		M	
Επιχειρησιν, 18		Manualis Loquella,	44
G		Mensis in anno, idē quod	
Geminus,	25	uncia in libra,	29
Γεωμετρα,	27	Mensurarum nota,	64
Grammata	28	Mensurarū liquoris &c.	
Græcorum numerus,	45	63	
H		Millenarius,	21
Hemina,	32	Milleni,	19
I		Millies,	22
Iabus siue Deunx,	46	Minae atticae,	10



INDEX.

<i>Mistrum,</i>	32.33	<i>Nouenideni,</i>	18
<i>Mvā,</i>	29	<i>Nouenarius,</i>	21
<i>Mna,</i>	ibid.	<i>Novies,</i>	22
<i>Modius,</i>	33	<i>Noviesdecies,</i>	22
<i>Multiplico,</i>	23	<i>Numerorum cardinaliū</i>	
<i>Multotiens,</i>	22	<i>ordo,</i>	15
<i>Múcia,</i>	5	<i>Nundinum &amp; mundi-</i>	
<i>N</i>		<i>na,</i>	22
<i>Nogenteni &amp; nongeni,</i>	18	<i>Numme argentei nume-</i>	
		<i>ri notæ &amp; nomina,</i>	57
<i>Nonagenarius,</i>	21	<i>O</i>	
<i>Nonageni,</i>	18	<i>Obolus,</i>	8.10.27.30
<i>Nonagesis,</i>	24	<i>Octanus,</i>	20
<i>Nonages,</i>	22	<i>Octies,</i>	22
<i>Nonanus,</i>	20	<i>Octiesdecies,</i>	22
<i>Noningentenarius &amp;</i>		<i>Octingentenarius &amp;</i>	
<i>noningenarius idem</i>	21	<i>octingentenarius,</i>	21
		<i>Octingenteni &amp; octin-</i>	
<i>Noningenties &amp; nōgen-</i>		<i>geni,</i>	18
<i>ties,</i>	22	<i>Octingenties,</i>	22
<i>Nonussis,</i>	12	<i>Octogesis,</i>	24
<i>Notæ vnciarum,</i>	46	<i>Octogies,</i>	22
<i>Nonus, nota, vocatúrque</i>		<i>Octonarius,</i>	21
<i>semis semuncia sicili-</i>		<i>Octoni,</i>	18
<i>cus,</i>	59	<i>Octonideni,</i>	ibid.
<i>Noueni,</i>	18	<i>Octus, nota,</i>	58
		<i>Ordinalia</i>	

INDEX.

Ordinalia nomina.	16	Quadriceps,	25
Oxibaphus,	32	Quadricorpor,	ibid.
P		Quadriduuum,	ibid.
Pecuniæ,	49	Quadriennium,	24
Pes,	31	Quadrifariam,	25
Ponderis & æris æqualis		Quadrifidus,	ibidem
diuisio,	63	Quadrifurcus,	26
Pondus omnia regit,	27	Quadrigeæ,	ibid.
Præexercitamenta Rhe-		Quadriugus,	ibid.
torica,	2	Quadrilibris,	24
Primanus,	20	Quadrilinguis,	25
Προγυμνάσματα,	2	Quadrinoctium,	ibid.
Q		Quadrinus,	ibid.
Quadragenarius,	21	Quadringentenarius &	
Quadrageni,	18	quadringenarius,	21
Quadragesis,	24	Quadringentes,	22
Quadragesies,	22	Quadringēteni & qua-	
Quadrangulum,	26	dringeni,	18
Quadrans cum nota &		Quadriuium,	25
partibus eius,	49	Quadrupes,	ibid.
Quadrans, 9.13.30.46		Quadruplum,	23
Quadrantis diuisio,	53	Quartanus,	20
Quadrastis,	24	Quartæ, quadrantes,	55
Quadrantalís siue ampho		Quartusis nota & par-	
ræ diuisio & partes,		tes eius,	58
eius	63	Quater,	21

INDEX.

Quaterdecies,	22	Quinquagesis,	14
Quaternarius,	21	Quinquangulum,	26
Quaternideni,	18	Quinquennium,	24
Quatuordecies, nota &		Quinque vir,	26
partes eius,	59	Quinquies,	22
Quinarij,	13, 21	Quinquiesdecies, ibid.	
Quinarij nota,	57	Quinquis nota & partes	
Quinarius, denarij dimi-		eius,	58
dium,	ibid.	Quintanus,	20
Quincorpor,	25	Quintæ, nec nomen pro-	
Quincuncia cū nota &		prium nec notam ha-	
partibus eius,	50	bent,	55
Quincunx,	9. 30	Sunt partes asis.	
Quincunx siue cinus,	46	Quotiens,	22
Quincuncis diuisio.	53	Quot horis mūdus pera-	
Quindecies, nota & par-		git diem & noctē,	29
tes eius,	59	S	
Quingenteni & quin-		Scriplum,	27, 35
geni,	18	Scripta tria,	28
Quingērenarius & quin-		Scripulus,	9. 47
genarius,	21	Scriptuli diuisio & no-	
Quingenties,	22	ta,	54
Quini,	18	Scriptulum dimidium	
Quinideni,	ibidem	simplium aliqui vo-	
Quinquageni,	ibidem	cant,	55
Quinquages,	22	Secundanus,	20

INDEX.

eius,	54	prium nec notam ha-	
Semel,	21	bent,	55
Seni deni,	18	Septeni,	18
Semiobolus,	21	Septenideni,	ibid.
Semis,	30	Septem vir,	26
Semis cum nota & par-		Septenarius,	21
tibus eius,	49	Semisepthenarius,	ibid.
Semiquinarius,	21.22	Septenus, pro septena-	
Semistertius sestertius		rius,	23
dictus,	13	Septies,	22
Semisquartus,	ibid.	Septiesdecies,	ibid.
Semisquintus,	ibid.	Septimanus,	20
Semiseptenarius,	22	Septimana,	22
Semis sis diuisio,	53	Septimum semitalen-	
Semuncia, 9.12.30.31.		tum,	7
	54	Septingentenarius & se-	
Semuncia diuisio & no-		ptingenarius,	21
ta,	53	Septingenteni & septin-	
Semūcia duodecim scri-		geni,	18
pulos habet,	47	Septingenties,	22
Senarius,	21	Septuagenarius,	21
Seni,	18	Septuageni,	18
Senio,	22	Septuagesis,	24
Semis,	9.13	Septuages,	22
Septem septimæ, assen-		Septuncia cum nota &	
impler, nec nomen pro-		partibus eius,	50

INDEX.

Septuncia diuisio,	52	Sexcuncia eum nota &	
Septunx,	8.13.30	partibus eius,	50
Septunx siue septus,	46	Sexcentenarius & sexe-	
Septus, nota, & partes,		narius,	21
	58	Sexcēteni & sexeni,	18
Sescula siue sescula,	47	Sexenties,	22
Sescunx vel sescuncia,		Sexis nota, & partes,	
	46		ibid.
Sescuncia, vel vncia sescunx,	9.30.32	Sexiesdecies,	ibid.
Sestertia,	10	Sextās, 9.13.20.30.31.32	
Sestertius,	7.13.57.	Sextans siue sextas,	46
	60.	Sextans cum nota &	
Sestertius duos asses & semis quasi semis tertius, & nota eius,	57	partibus eius,	50
Sestula,	12	Sextantis diuisio,	53
Sestula cum nota & partibus eius,	50	Sextarius,	31.32
Sexagenarius,	21	Sextertius,	7.60.61
Sexageni,	18	Sextertij nota,	57
Sexaginta,	39	Sextula,	9.28
Sexagesimus,	ibid.	Sextulae due,	9
Sexagesis,	24	Sextula diuisio & nota,	
Sexagies,	22		54
Sexangulum,	26	Dimidia Sextula diuisio & nota	ibid.
		Sextula,	ibid.
		Sicilicus,	9.33.47.54
		Sicilici nota, & partes	

INDEX.

Siliqua,	9.47	Trecentenarius & tre-	
Singula,	60.61	centenarius,	21
Simplex,	23	Trecenties,	22
Simplum,	ibid.	Tredecies, nota, & par-	
Singuli,	18	tes eius,	59
Solidi diuisio	49	Tressis,	12.24
Sonus,	58	Tressis nota, & partes	
Succenturiatus,	20	eius,	58
T		Tressis nota.	62
Talentum,	29.30	Tressis semis nota, ibid.	
Talentum Atheniense		Triangulum,	26
paruum,	8	Triceni,	18
Talentum magnum at-		Tricesis,	12.24
ticum,	10	Triceps,	25
Terdecies	22	Tricesimus,	39
Tergeminus,	25	Tricies,	22
Ternarius,	21	Tricolor,	25
Terra manet pondere,	2	Tricorpor,	ibid.
Ter,	21	Triduum,	ibid.
Terni & trini,	18	Triennium,	24
Terni deni,	18	Triens,	9.30
Ternitas vel trinitas,	22	Triens siue tries,	46
Tertianus,	20	Triens cum nota & par	
Tertia, trientes,	55	tibus eius,	49
Teruntius,	60,61	Trientis diuisio,	53
τρεῖς ἄσπαρχα,	10	Trifariam,	25

INDEX.

Trifidus,	ibidem	Vicenibini,	ibid.
Triformis & similia,	24	Viceni singuli,	ibid.
Trifurcus,	26	Vicesis,	12.24
Trigæ,	ibidem	Vicies,	22
Triginta,	39	Victoriatus,	57
Trilibris,	24	Vllus,	22
Trilinguis,	25	Vno, as, at, ab vnus di-	
Trimanus,	ibid.	ctus.	ibidem
Trinoctium,	ibid.	Vncia ab vno dicta,	
Trimus,	ibid.	8.13.28.29.50	
Trinúndinum,	22	Vnciarum ratio,	46
Trinum núndinū,	ibid.	Vnciarum notæ,	ibid.
Tripatens,	25	Vncia pars duodecima	
Tripes,	ibid.	asis,	53
Triplex,	23	Vnciæ diuisio,	ibid.
Triplico,	ibidem	Vncia sexcunx vel sex-	
Triplum,	ibid.	cuntia,	9
Tripundius,	ibidem	Vncia viginti quatuor	
Trisulcus,	25	scripuli,	47
Trinium,	ibid.	Vndecies,	22
		Vndenarius,	21
		Vndeni,	18
		Vnde viginti,	23
		Vnde octoginta,	24
Vicenarius,	21	Vndecies, nota, & par-	
Viceni,	18	tes eius,	59

INDEX.

<i>Vnicus,</i>	22	<i>Vnio,</i>	22
<i>Vnicolor,</i>	25	<i>Vnitas,</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vniformis,</i>	24	<i>Vniuersus,</i>	<i>ibidem</i>
<i>Vnimanus,</i>	25	<i>Vrnda,</i>	3 1.33

INDICIS FINIS.

22  
25  
24



1	2	3	4
5	6	7	8
9	10	11	12
13	14	15	16
17	18	19	20

INDEX

21	22	23	24
25	26	27	28
29	30	31	32
33	34	35	36
37	38	39	40
41	42	43	44
45	46	47	48
49	50	51	52
53	54	55	56
57	58	59	60
61	62	63	64
65	66	67	68
69	70	71	72
73	74	75	76
77	78	79	80
81	82	83	84
85	86	87	88
89	90	91	92
93	94	95	96
97	98	99	100



*P R I S C I A N I G R A M M A -  
tici Casariensis de figuris & nomini-  
bus numerorum, & de nummis vel pon-  
deribus, liber.*

P R I S C I A N V S S Y M M A C H O S .



**O** M N I T E, Sym-  
mache, nobilitatis  
splendore celebra-  
tum, ac omni natu-  
rae munere praestā-  
tem, omnique vir-  
tutis luce fulgen-  
tem, studiis etiam optimarum artium  
disciplinarumque florentem, iustis-  
simaeque prospera fortunae, meritis vi-  
tae probantem, fama quidem antea no-  
bis absentem, venerabilem faciebat:  
nunc autem praesentem veritas super-  
gressa laudes praedicationis ostendit.  
Mediocrum enim altissimam, qua su-

B

perbiæ calcas tumores, & pietatis ponderibus grauissimis superas omnia. Itaque gloriosum mihi credēs, aliquid à tanta auctoritate, interrogationis mereri, de figuris, sicut iussisti, numerorū, breuiter collecta demonstrabo, & de nummis vel ponderibus, præterea de Terentij metris, necnon etiam de præexercitamentis rhetoricis, quæ Græci *προγυμνάσματα* vocant. Quoniam diligentius ea sophistæ iuniores, quos sequimur, aptioribú (que diuisionibus ad omne rhetoricæ genus exposuisse creduntur. Petimus igitur sapientem eloquentiam vestram (hac enim dignitate nihil in homine melius nouimus) vt & nos huiuscemodi frequētius quæstionibus tam præsentis quã absentis cū felicitate exerceatis: & Romanorum diligentiam vestrorum ad artes suorum alacriores reddatis auctorum: quibus solis ceteras cum Græcis gentes superasse noscuntur: quarum decus & munimen industria vestri nititur culminis.

3

DE FIGVRIS NUMERORVM

ab antiquissimis habentur in  
codices.

Sciendum, quod quum ab vno ad  
millies mille numeri notentur, apud  
Latinos non plus tredecim eos figuris  
notari inuenimus. Nam principales re-  
petuntur quater: singuli tam ante qui-  
narios, qui sunt medij, numeros, quam  
post eos: Sunt igitur principalium figu-  
rae septem, mediorum vero sex: quarum  
rationes diu exquisitas, vt potero, bre-  
uiter differam. Vna per  $\iota$  scribitur anti-  
quo more Atticonum, qui solebant princi-  
palis nominis numeri literam ponere, &  
significare numerum. Ergo  $\iota$  pro  $\mu\acute{\iota}\alpha$   
dicentes,  $\iota$  scribebant: &  $\Pi$ ,  $\pi\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon$ :  
&  $\Delta$ ,  $\delta\acute{\epsilon}\kappa\alpha$ : & sic  $\text{[}\Delta\text{]}$ ,  $\pi\epsilon\upsilon\tau\acute{\eta}\rho\epsilon\upsilon\omicron\upsilon\tau\alpha$ ,  $\pi\epsilon\upsilon\tau\acute{\alpha}$ -  
 $\chi\iota\varsigma$   $\delta\acute{\epsilon}\kappa\alpha$  significantes: &  $\text{[}\text{H}\text{]}$ ,  $\acute{\epsilon}\kappa\alpha\tau\omicron\upsilon$ . Vetu-  
tissimi enim quique Graeci pro aspira-  
tione,  $\text{[}\text{H}\text{]}$  scribebant: quam habebant  
HEKATON in principio, & sic  $\text{[}\text{H}\text{]}$ ,  
 $\pi\epsilon\upsilon\tau\acute{\alpha}\kappa\iota\sigma\iota\alpha$ , id est,  $\pi\epsilon\upsilon\tau\acute{\alpha}\kappa\iota\varsigma$   $\acute{\epsilon}\kappa\alpha\tau\omicron\upsilon$ .  $\text{[}\text{X}\text{]}$ ,  
 $\chi\acute{\iota}\lambda\iota\alpha$ .  $\text{[}\text{X}\text{]}$ ,  $\pi\epsilon\upsilon\tau\acute{\alpha}\kappa\iota\varsigma$   $\chi\acute{\iota}\lambda\iota\alpha$ , id est,  $\pi\epsilon\upsilon\tau\acute{\alpha}\kappa\iota\varsigma$   $\tau\acute{\alpha}$   
 $\chi\acute{\iota}\lambda\iota\alpha$ .  $\text{[}\text{M}\text{]}$ ,  $\mu\epsilon\upsilon\upsilon\tau\iota\alpha$  vel sic  $\text{[}\text{Z}\text{]}$ , quod significat

δεκάκις χίλια. Quidam autem & sic scri-  
bebant [x]. Non incongruū tamen vide-  
tur etiam versus Græcos aptissimè de  
his numeris compositos subiicere.

3 Χείλια  $\bar{x}$  πέλεται. καὶ Πεῖ μέσον Ητα φέ-  
ροντος

Ἡμῶν τῶν ἐφάμην. Ἐκατὸν δ' ἄρα Ητα πέ-  
λωνται.

Δέλτα δὲ τεμνομένοιο μέσον ἢ Πεῖ φο-  
ρέοντος

Πεντήκοντ' ἀριθμοῦ σημεία. ἢ δέχα Δέλ-  
τα.

Πεῖ δ' ἄρα πέντε πέλει καθαρόν : ἢ Ἰῶτα  
ἐν ἔστιν.

Hos igitur Latini quoque in plerisque  
imitati sunt. Nam per i, vnum notant,  
illos secuti. Quinque per v, quia quin-  
ta est vocalis, a, e, i, o, u. Decem per x,  
quia decima est consonans apud Græ-  
cos, β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, ν, ξ: vel quòd  
post u apud Latinos x sequitur. Quin-  
quaginta per ι, quia apud antiquos  
Græcos, ι pro n, quæ nota est quinqu-  
ginta, ponebant, teste Apollonide, &  
Lucio Tarrhæo: vnde Latini quoque  
Lympha dicunt pro Nympha, aquam

vel fontem volentes monstrare. Virgilius in primo Aeneidos.

Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris.

Cētum autem per principalē nominis literam c. Quingenta per sequentem literam consonantem. Nam post c, 4  
d sequitur. Mille secundum Atticos per x Græcam, sed vt sit differentia ad decem, circumscriptis lateribus, ∞  
Quinque millia per i, & duas à dextera parte apostrophos, 100. Decem millia per supradictam formam, additis in sinistra parte contrariis duabus notis, quam sunt apostrophi, ccc100. Et hoc ad imitationem Græcorum, qui μύρια, vnius nota, subdita linea nunc quoque scribunt, sic I. Quinquaginta millia per i mediam, & tres in dextera parte apostrophos, 1000. Centum millia per i mediam, & tres in dextera parte apostrophos, & in sinistra totidē cōtrarias, ccc1000. Vel, quod verisimilius est, decem millia notantur per m circumscriptam ex vtroq; latere, sic cm0:quo

modo mille per  $\times$  circumscriptam ex  
 utroque latere, sic  $\times$ . Et hoc ad imi-  
 tationem Græcorum, quia  $\chi$ λιον eam  
 literam habent principalem sui nomi-  
 nis. Sed differentiæ causa, media li-  
 nea altior facta est, quia millies quo-  
 que mille per  $M$  circumscriptam so-  
 let notari, sic  $CM$ . Ergo quinque  
 millia quum sint dimidia pars decem  
 millium, dimidiam partem scripturæ  
 seruauerunt, sic  $CD$ : quomodo quin-  
 quaginta millia dimidia pars centum  
 millium, qui numerus per eandem no-  
 tam decem milliū scribitur, additis ta-  
 men ex utroque latere singulis circum-  
 scriptiōibus. Quingenta millia per  $q$ ,  
 quod est initium nominis, & apostro-  
 phen. Mille similiter millia per  $M$ , unde  
 incipit nomen, ex utraque parte circū-  
 scriptam, ut  $CM$ , vel etiam sic  $CCM$ .  
 DE PONDERRIBVS etiam necessa-  
 rium esse putauimus addere.  $AS$   
 nummus est libralis, per  $I$  per-  
 scriptam  $I$  notatus, ut significet, vnam  
 habere hunc nomen tantam libram.  
 DVRONDIVS, nummus est bilibris,

per duas H perscriptas.

SESTERTIUS, nummus duarum semissis librarum, per duas LL, & s, ex quaincipit semis, perscriptas, HES: vnde sestertius dicitur semis tertius: de quo Arruntius hæc ait. Sestertius, olim duobus & semis, quasi semistertius, quo tempore denarius decussis valebat: hoc est, post duo, sequens tertio loco est semis. Hoc quoque secundum Atticos & Ionas, qui ἡμῶν τρίτον dicebant pro δύο ἡμῶν, teste etiam Didymo, qui hoc ponit, ostendens in omni parte orationis & constructionis, analogiam Græcorum secutos esse Romanos. Vnde & Herodotus in primo historiarum.

Ἐποιέετο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου, ἑλκουσιν σταθμὸν τάλαντα δέκα. Οὗτος ὁ λέων, ἐπεὶ τὴν χερσὶν αἴετο ὁ ἐν Δέλφοις ναὸς, κατέπεσεν ἀπὸ τῶν ἡμιπληθίων. ἐπὶ γὰρ τούτοισιν ἰδρυτο καὶ νῦν κείται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, ἑλκῶν σταθμὸν ἑβδόμον ἡμιτάλαντον. \* εἰδούλων τῶν δέκα τάλαντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα. κατὰ λέγει ἔχειν ἑβδόμον ἡμιτάλαντον. τούτέστιν ἕξ ἡμῶν τάλαντα. *Septimū semitalētum dixit pro*



sex semis talenta.

- 6 DENARIUS quoque decem librarū nummus per scriptam ✕ notatur. Horum plerāque in Verrinis Ciceronis licet inuenire, antiquissimæ scripturæ emendatis codicibus.

OBOLVS dicitur, vt Dardanus docet, scripulus esse, id est, sex siliquæ.

DRACHMA, siue ARGENTEVS, scripuli tres.

VNCIA dragma octo, scripuli viginti quatuor.

Vnciæ duodecim, LIBRA.

Libra vel MINA ATTICA, dragma septuaginta quinque. Libra vel MINA GRAIA, dragma nonaginta sex.

TALENTVM Atheniense paruum, minæ sexaginta: magnum minæ octoginta tres, & vnciæ quatuor.

Libra vel AS, vnciæ duodecim.

DEVNX, vnciæ vndecim.

DECVNX vel DEXTANS, vnciæ decem.

- 7 DODRANS, vnciæ nomen.

BESSIS, vnciæ octo.

SEPTVNX, vnciæ septem.

SEMI S, vnciae sex.

QVINCVNX, vnciae quinque.

TRIENS, vnciae quatuor.

QVADRANS, vnciae tres.

SEXTANS, vnciae duae.

VNCIA SECVNX, vel, vt alij, S B S-  
CVNCIA, tres dimidia partes vnciae.

SEMVNCIA, semis vnciae.

Duae SEXTVLAE, sunt tertia pars vn-  
ciae, id est, scripuli octo.

SICILICVS, scripuli sex.

SEXTVLA, scripuli quatuor : dimidia  
Sextula, scripuli duo.

Rursus sextula & dimidium sextulae  
SICILICVS appellatur.

SCRIPVLVS, siliquae sex.

SILIQVA est, quod dicunt Graeci *κε-  
ράτιον*, vel *λεπίδος*.

Necessarium tamen existimaui ad 8  
confirmanda supradicta, à diuersis au-  
ctoribus de his dicta subiicere. Livi-  
us in tricesimo quarto ab Vrbe condita.  
Multitudinis eorum argumentum sit, ”  
quod Polybius scribit centum talentis ”  
eam rem Achæis stetisse, quum quingē ”  
tos denarios pretium in capita, quod ”

- » redderetur dominis, statuissent. Mille  
 » enim ducentos ex ratione, Achaia ha-  
 » buit captiuos Italicos. Quae ratione ostē-  
 ditur sex millia denariorum habere ta-  
 lentum. Nam quum quingeni denarij  
 pro mille ducentis captiuis dati colligantur,  
 9 sexcenta millia denariorum,  
 centum ea ostendit fuisse talenta. Cen-  
 tesima autem pars sexcentorum mil-  
 lium, sex millia inueniuntur. DENARIJ  
 autem illo tempore, nummi argentei  
 erant, viginti quatuor siliquarum: quod  
 in eodem libro ostendit Lilius. Signa-  
 » ti, octoginta quatuor millia fuere Atti-  
 » corum. τρεῖς ἀδραχμα vocant. Trium  
 » ferè denariorum in singulis argenti est  
 pondus. Vide, quod quatuor drachmae  
 sunt septuaginta duae siliquae. Diximus  
 enim superius, quod tres oboli, quorū  
 8 singuli, sex siliquas habeant, drachmam  
 faciunt. Tres autem denarij idem habe-  
 bant, id est, septuaginta duas siliquas:  
 » Idem Lilius in tricesimo octauo ab  
 » Vrbe condita, ostendit magnum talen-  
 » tum Atticum octoginta habere libras,  
 » & paulò plus, quum supradictorum cō-

putatio manifestet octaginta tres li-  
 bras & quatuor uncias habere talen-  
 tum: quod est sex milia denariorum.  
 Liuius. Talentum ne minus pondo  
 octoginta, Romanis ponderibus, pen-  
 dat. Id est, sic decreuit senatus, vt non  
 plus, quàm ternæ libræ, & quaternæ un-  
 ciæ singulis desint talentis. Et est scien-  
 dum, quod secundum Liuij computa-  
 tionem, centum minæ Atticæ, quarum  
 singulæ septuagintaquinque drachmas  
 habent, faciunt talentum magnum.  
 Nam minus sexaginta habet, secundum  
 Dardanum. Quid autem est magnum  
 & minus, ostendit Terentius in Phor-  
 mione. — Si quis daret Talentum  
 magnum. — Italica autem mina dra-  
 chmas habet, vt supra dictum est, nona-  
 ginta sex: quod est libra duodecim un-  
 ciarum, id est denarij septuaginta duo.  
 Hac igitur computatione, octoginta  
 tres libræ Romanæ & quatuor uncia,  
 quod est magnum talentum, centum  
 minas atticas faciunt. Seneca in deci-  
 mo epistolarum ad Nouatum. Viginti  
 quatuor sestertia, id est, talentum At-

Act. 13.  
sc. 3.

» ticum paruum. Vigintiquatuor enim se  
 » tertia, sexaginta libras habent. Varro-  
 nis, quoque auctoritate supradictorum  
 11 plerâque comprobemus. Varro de lin-  
 » gua Latina libro quinto. Multa pecu-  
 » niæ signatæ vocabula sunt æris & argenti  
 » hæc. A S, ab ære. D V P O N D I V S, à duo-  
 » bus ponderibus. Quod vnum pondus,  
 » A S S I P O N D I V M dicebatur. id ideo,  
 » quod as erat libræ pondus. Deinde à  
 » numero vsque ad Centussem. Ab tri-  
 » bus assibus T R E S S I S, & supra sic pro  
 » portione vsque ad Nonussis. In dena-  
 » rio numero hoc mutat. Quod primum  
 » est ab decem assibus, D E C V S S I S. Se-  
 » cundū ab duobus decussibus, V I C E S-  
 » S I S. Reliqua cōueniunt, V T T R I C E S-  
 » S I S pro portione vsque ad C E N T V S-  
 » S I S (quod Persius ostendit.  
 » Et centum Græcos vno centusse li-  
 » cetur) quo maius æris proprium voca-  
 » bulum non est. Nam ducenti, & sic pro  
 » portione quæ dicuntur, non magis as-  
 » ses, quam denari, aliæque res significā-  
 12 tur. Aëris minima pars S E X T V L A:  
 » quod sit sexta pars vnciæ. S E M V N C I A,

quod dimidia pars vnciae. VNCIA ab  
 vno dicta. SEXTANS ab eo, quod sex-  
 ta pars assis est: QUADRANS, quod quar-  
 ta: & TRIENS, quod tertia pars. SEMIS,  
 quod semis, id est, dimidiū assis, vt supra  
 dictum est. SEPTVNX, à septem & vn-  
 cia collisum. Reliqua obscuriora, quod  
 à diminutione: & ea, quæ diminiūtur,  
 ita sunt, vt extremas syllabas habeant.  
 Vna dempta vncia, DEVNX. DEXTANS,  
 dempto sextante. DODRANS, dempto  
 quadrante. BES, vt olim DES, dempto  
 triente. In argento, nummi, id est à Sicu-  
 lis. DENARIJ, quod denos æris vale- \*  
 bant: QVINARIJ, quod quinos: SES- \*  
 TERTIVS, duobus semis. Dupondius,  
 enim & semis, antiquus sestertius est, &  
 veteris consuetudinis, vt retro æra di-  
 cerent, ita, vt semis quintus, semis quar-  
 tus, semis tertius pronunciarent. Ab se-  
 mis tertius, sestertius dictus. Nummi  
 denarij à decima libella. Didumus etiā  
 ita ea confirmat.

ΔΙΔΥΜΟΣ ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ρω- 13  
 μαίοις ἀναλογίας Υ. Ἴωνες ἔχοντες Ἀττικοὺς, τὰ

δύο ἡμισυ τρίτον φασί. ἢ τὰ ἐξ ἡμισυ τάλαν  
 τα, ἑβδομον ἡμιτάλαντον. ἢ τὴς τέσσαρας  
 \* ἡμισυ πήχεις, πέμπτην ἡμισπιθαμίν, κα-  
 θάπερ φησὶν Ἡρόδοτος προθεὶς τὸ ἑνδεκά-  
 τος. Ἰάδης ἐν τῷ περὶ μεσσηνίας. Ἐπιφέρει βί-  
 τον ἡμιπόδιον. ἀπὲρ τῶ δύο ἡμισυ πόδες. Καὶ  
 καθόλου, ὅταν βέλονται ἀελθμόν πνα δη-  
 λουῖ, ἢ μωρίον πὶ περὶ κείμων, τὸ ὁμώνυ-  
 μον τῶ ἀελθμῶ ἀεὶ τῶ πλεονάζοντος λαβόν-  
 τες, τὸ ὅλον φασίν. οἷον τὰ ἐξ ἡμισυ, ἑβδομον  
 ἡμισυ φασὶ τῶ ἑπτα ἑβδομον, ὅς μονάδι  
 πλεονάζει τῶ ἐξ τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. Καὶ  
 Ρωμαῖοι δ' εὐρεθήσονται τέττα χρώμνοι τῶ  
 σχήματι. Ἐὰ γὰρ δύο ἡμισυ ἀσσάεια, τὸ δι-  
 νάειον, ὡς αὐτοὶ λέγουσι διναεῖς, ὡς δὲ τὸ  
 δινα ἐσχηματισμύς, σιγέρπιμ φασί, τῶ  
 μύση, τὸ ἡμισυ διλουῖτος, ὡς ἐν τῷ σιμό-  
 διμ, σήσκας, σήσκπλα, τῶ δὲ τέρπιμ,  
 τὸ τρίτον. καὶ ὅστιν ἡμισυ τρίτον. Τὰ δὲ χεί-  
 λια σιγέρπια ποιεῖ ἀγκύσια πενήκοντα  
 δινάεια ἀργυρᾶ, δέκα δὲ χρυσᾶ, ἀπὸ ἢ μίλ-  
 λε νέμμως φασί. τὸ δὲ ΣΗΣΚΟΥΑΣ,  
 σιγέριον ἐστὶν ἀπὸ τοῦ σι, ἢ τοῦ κουμ, ἢ τῶ  
 ασασις. καὶ ἐστὶν ἡμισυ σὺν ἀσσαρίω, τέττα  
 ἐν ἡμισυ ἀσσάειον. Ὡς περὶ δὲ ἡμέδιμνον λέ-  
 γουσι Ἀττικοὶ, ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτω ἢ

οὗτοι σημόδιουμ, πλεονάζοντες τὸ σ.

NECESSARIUM esse existimauimus etiam ipsa nomina munerorum, & quæ ab eis deriuantur vel componuntur, subiungere.

Et sciendum eos declinari numeros, 14  
 qui variant genera. qui verò vna voce tria genera continent, indeclinabiles esse tam apud Græcos, quàm apud Latinos. Vnus, vna, vnum: Duo, & duæ, & duo: hi & hæ Tres, & hæc tria: hi & hæ & hæc Quatuor: similiter quinque, & sex, & septem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem & septem, decem & octo, decem & nouem, VIGINTI, vigintiunus, vigintiuna, vigintiunum. Sic deinceps omnibus cardinalibus numeris minores vsque ad nouem adduntur: quamuis cōtrarium ante decem fiat vsque ad sedecim. Licet tamen & præposterè maximè conjunctione interposita hæc proferre, decem & vnum, decem & duo. Triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, CEN



R V M, ducenti ducentæ ducenta, trecen-  
 ti trecēta trecēta, quadringēti quadrin-  
 gētæ quadringēta, quingenti quingen-  
 tæ quingēta, sexcenti sexcētæ sexcenta,  
 septingenti septingentæ septingenta,  
 octingenti octingentæ octingenta, no-  
 ningenti & nongenti, noningentæ &  
 nongentæ, noningenta & nongenta,  
 hi & hæ & hæc M I L L E.

35 Ex his nascuntur ORDINALIA NO-  
 mina, hæc inæqualiter quidem quan-  
 tum ad vocem, primus, & secundus:  
 æqualiter verò tertius, & quartus, quin-  
 tus, sextus, septimus, octauus, nonus,  
 D E C I M V S, vndecimus, duodecimus,  
 ab vndecim & duodecim. Nam reliqua  
 ex vtraque parte declinantur cōtra cō-  
 suetudinem Græcorum vsque ad no-  
 numdecimum: vt tertiusdecimus, quar-  
 tusdecimus, quintusdecimus, sextusde-  
 cimus, septimusdecimus, octauusdeci-  
 mus, nonusdecimus, V I C E S I M V S, vi-  
 cesimusprimus, vicesimussecundus, vi-  
 cesimustertius, vicesimusquartus, vice-  
 simusquintus, vicesimussextus, vicesi-  
 musseptimus. Sic omnes sequentes,

velut in primitiuis, ad imitationē Græcorum, à vicesimo & supra, maiori minore addunt numero plerumque, vn decim, duodecim, decem, & duo: ante decem verò minorem ponūt, quando composita accipiuntur, & sub vno accentu proferuntur. Nam licet, dissoluta compositione, diuersis accentibus ea proferentes, mutare ordinem, quomodo & apud Græcos, & dicere decimus & septimus, pro septimusdecimus: & tertius & vicesimus, pro vicesimustertius, sic & similia. Tricesimus, quadragessimus, quinquagesim<sup>9</sup>, sexagesimus, septuagesimus, octogesimus, nonagesimus, **C E N T E S I M V S**, ducentessimus vel ducesimus, trecentessimus vel trecesimus, quadringentesimus vel quadragesimus, quingentesimus vel quingessimus. Liuius ab Vrbe condita tricesimo primo. Anno quingesimo. Sexcentessimus vel sexcesimus, septingentesimus vel septigesimus, octingentesimus vel octigesimus, noningentesimus & nongentesimus vel nonagesimus & nongessimus, millesimus.

Habet ex omnibus numeris Romani DISPERTITIVA, quæ Græci vocant *ἐπιμερισίμενα*: quæ naturaliter semper pluralia sunt. quippe in multos distribui eundem significant numerum: vt, singulos oculos habebant Cyclopes: quod Græci dicunt, *ἀνὰ ἕν, ἐνὰ δύο, ἀνὰ τρία*. Sic vsque ad mille habent Latini: vt, singuli, bini, quæ sunt anomala, quæcum ad vocem Vnius & Duorum: terni vel trini: sed terni, *ἀνὰ τρεῖς*: trini, *τρεῖς* magis significat, vel *τρισσά*. trini Iudi. quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, vndeni, duodeni, terni deni ex duobus integris, quomodo tertiusdecim<sup>9</sup>: & deinde quaternideni, quinideni, senideni, septenideni, octonideni, nouenideni, VICENI, vicieni singuli, vicienibini, vicieniterni. Similiter ceteri, triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, CENTENI, ducenteni, per syncopā ducenti: trecēteni, per syncopā trecenti: quadringēteni, quadringeni: quingēteni & quingeni, sexcenteni & sexceni, septingenti & septingeni, octingenti & octingeni, nongenti & nongeni, mil

leni. Auctores tamen non propriè etiã  
singulari numero ea protulisse inue-  
niuntur: vt Lucanus,

— septeno gurgite Nilus:

Pro septenario. Et virgilius in decimo  
Æneidos.

It grauis Auletes: centenâque arbo-  
re fluctum.

Verberat assurgens. —

Hæc tamen ipsa etiã in semperplura  
libus congeminitis ponuntur: vt bina  
mœnia, terna arma. Cicero in secundo  
Verſinarum. Inter binos ludos, quia  
L V D I quando ſpectacula ſignificant,  
ſemper pluraliter dicuntur. Linius in  
tricesimo quinto. bina equeſtria arma. ,,  
Vni quoq; & vnæ & vna ſemperplura  
libus adiunguntur, quæ pro ſingulari-  
bus accipiuntur: vt Salluſtius in Catili-  
nario. Hi poſt, quàm in vna mœnia cõ- ,,  
uenere. pro, in vnã urbem. Virgilius  
in ſecundo Æneidos.

— ſatis vna, ſupérque —

Vidimus excidia. —

Pro vnũ excidiũ. Et Lucanus in quarto.

— totũque in partibus vnis

Bellorum fecere nefas. —  
 pro vna in parte. Donatus in arte prima. Atque excepto amphibrachio & epitrito, quorum altera tripla, altera epitrita diuisione partimur, vniuersorum pedum trina conditio reperitur. Trina pro tripertita dixit.

- 18 PRIMANVS, primæ legionis: Secundanus, secundæ legionis: similiter tertianus, vnde tertiana febris: quartanus, vnde etiam quartana febris: quintanus, vnde & quintana porta castrorū: sextanus, septimanus, vnde septimana dierum: octanus, nonanus, decimanus, vnde decimana porta castrorum. DECANVS quoque à decem, & decuria, & decurio nomen, & verbum decurio decurias, vnde decuriatus, ex quo decuriam comitia: vt à centum centurio nomen & verbum, & centuriatus, ex quo centuriata comitia, ex quo succenturiatus. Terentius in Phormione.

— Ego in subsidiis hīc ero.

Succenturiatus, siquid deficias. —

- 19 Sunt & altera forma ex omni numero deriuata, in RIVS desinētia, (exceptis

vnus & duo, è quibus singularis & dualis dicimus) vt ternarius iambus, qui tres habet pedes: quaternarius, quinaris, vnde & semiquinarius: senarius, septenarius, vnde & semiseptenarius: octonarius, nouenarius, DENARIUS, vnde & denarius nummus: vndenarius, duodenarius, ternariusdenarius: similiter ceteri, vicenarius, tricenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius, septuagenarius, octogenarius, nonagenarius, CENTENARIUS, ducentenarius & ducenarius, trecentenarius & trecenarius, quadringetenarius & quadringenarius, quingentenarius & quingenarius, sexcentenarius & sexcenarius, septingentenarius & septingenarius, octingētenarius & octingenarius, noningētenarius noningentarius (sed melius per syncopam proferuntur) millenarius.

ADVERBIA quoque ex omni numero inueniuntur, ab vnus quidem & duo inæqualiter, semel & bis: à ceteris verò æqualiter, ter, quater. 20

Reliqua omnia in es productam de-

finunt, quinquies, sexies, septies, octies, nouies, decies, vndecies, duodecies, terdecies, quaterdecies, quinquiesdecies, sexiesdecies, septiesdecies, octiesdecies, nouiesdecies, VICES, tricies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies, CENTIES, ducen-  
 ties, trecenties, quadringēties, quingē-  
 ties, sexcenties, septingenties, octingen-  
 ties, noningenties & nongenties, mil-  
 lies. In finitis tamen numerorum aduer-  
 biis, etiam n interponitur, quotiens,  
 totiens, similiter multotiens, aliquo-  
 tiens.

- 21 Inneniuntur & aliaē deriuationes vel  
 compositiones multæ à nominibus nu-  
 merorum: vt, vnicus, vllus, vnitas, vnio,  
 vniuersus, & vno verbum, vnas, vnat:  
 ternitas vel trinitas, septimana, senio.  
 Persius.

Iure etenim id summum, quid dex-  
 ter senio ferret. millia, femiquinarius,  
 femiseptenarius, nūndinum & nūndi-  
 na, trinundinum, trinum nūndinum.  
 Et sciendum, quòd poëtae saepe deriua-  
 tiuis vtuntur pro primitiuis, vel contra:

vel aliis speciebus pro aliis. Virgilius in decimo Æneidos.

Tot lecti proceres bis denis nauibus ibant. pro bis decem. Et Lucanus.

— septeno gurgite Nilus. pro septenario.

Sunt præterea SIMPLIVM, duplum, triplum, quadruplum, & similia, quæ propriè ad pondus vel numerum dicuntur: SIMPLEX, duplex, triplex & similia, quæ ad omnem rem dicuntur: & verba ex iis duplico duplicas, triplico triplicas: multiplex, multiplico multiplicas: dupondius, tripondius, & similia.

Illud quoque sciendum, quod VNDE VIGINTI dicimus pro decem & noue: 22 id est, unde vnum deest viginti. Vel vnde viginti, post quem viginti numerus est, quod est nouem & decem numerus. Post eum enim sequitur viginti numerus. Horatius in secundo sermone.

— vnde —

Sat. 3.

Octoginta annos natus, cui stragula vestis.



Vnde octoginta dixit, id est, septuaginta nouem annos habēs ætatis: hoc est, octoginta, vnde vnum. Etiam DVODEVIGINTI dicūt, pro decē & octo: quod Attici *δωοὶν δεόντων* dicūt. Idem inuenitur in ceteris cardinalibus numeris, id est, triginta, & quadraginta, & reliquis: duodetriginta pro viginti octo, & similia.

VNIFORMIS, biformis, triformis, & similia.

Duo asses, DVSSIS, dupōdius: Tres, quadrassis, decussis, vicesis, tricesis, quadragesis, quinquagesis, sexagesis, septuagesis, octogesis, nonagesis, CENTVSSIS: post quem numerum, teste Varrone, non componuntur cum asse numeri. Deunx, dextans, dodrans besis, septunx, sexcunx, quincunx, triens, quadrans, sextans, sextula.

Libra, BILIBRIS, trilibris, quadrilibris, & similia.

Anniculus vel annuus, biennis, triennis, quadriennis, quinquennis, & similia. Biennium, triennium, quadriennium, quinquennium, & similia. BIMVS,

trimus, quadrimus, & similia. BYDVVM,  
triduum, quadriduum, & similia.

BINOCTIVM, trinoctium, quadrino-  
ctium, & similia.

BICORPOR, tricorpor, & simi-  
lia.

BIPES, tripes, quadrupes, decempes  
& decempeda, & similia.

BICEPS, triceps, quadriceps, centi-  
ceps, & similia.

BIFARIAM, trifariam, quadrifa-  
riam, & similia.

BIPATENS, tripatens, & similia.

BILINGVIS, trilinguis, & simi-  
lia.

BIVIIVM, triuium, quadriuium, &  
similia.

BIFIDVS, trifidus, quadrifidus, & si-  
milia.

Bifulcus, trifulcus, & similia.

24

GEMINVS, tergeminus, centumge-  
minus & similia.

VNIMANVS, bimanus, trimanus,  
centimanus, & similia.

VNICOLOR, bicolor, tricolor, & si-  
milia.

D V V M V I R, triūuir, quinqueuir, septemuir, decemuir, centumuir, & similia.

B I G A E, trigæ, quadrigæ, & similia.

B I I V G V S, vnde Virgilius in quinto Æneidos.

— biiugo certamine campum

Corripuere. —

Et bigati nummi: triiugus, quadriiugus, & similia.

TRIANGVLVM. Cæsar in Arato:

— Cur diuite lingua,

Græcia, præcurram, potiùsque triangula dicam: quadrangulum, quinquantulum, sexangulum, & similia.

B I F V R C V S, trifurcus, quadrifurcus, & similia.

REMI FAVINI, SIVE,

VT QUIDAM VOLVNT,

Rhemnij Fannij Palæmonis

Carmen de ponderibus

&amp; mensuris.

**P**ONDERA Pæoniis veterum memora 25  
ra libellis

Nosse iuuat. Ponderus rebus natura lo-  
cauit

Corporeis. elementa suum regit om-  
nia pondus.

Pondere terra manet. vacuus quoque  
ponderis æther

Indefessa rapit voluētis sidera Mundi.

Ordinar à minimis. post hæc maiora se-  
quentur.

Nam maius nihil est aliud, quàm multa  
minuta.

Semioboli duplum est OBOLVS:

quem pondere duplo

Γράμμα vocant: Scriplum nostri dixere  
re priores.

Semina sex alij filiquis latitantia curuis

Attribuunt scriplo : lentis veraciter

octo,

Aut totidem speltas numerant, tristef-  
ue lupinos

Bis duo. Sed si par generatim his pon-  
dus inesset,

Seruarēt eadem diuersæ pōdera gētes:

Nunc variant. Etenim cuncta non fœ-  
dere certo

Naturæ, sed lege valent hominūque  
reperitis.

Scripla tria drachmā faciunt: quo pon-  
dere doctis

Argēti facilis signatur nūmus Athenis.

Holcēque à drachma non re, sed nomi-  
ne differt.

26 Drachmam si gemines, aderit, quem di-  
cier audis,

Sicilicus. Drachmæ scriplum si adiece-  
ro, fiet,

Sextula quæ fertur. Nam sex his vncia  
constat.

Sextula quum dupla est, veteres dixere  
duellam.

Vncia fit drachmis bis quatuor. Vnde  
putandum

Grammata dicta, quod hæc viginti qua-  
tuor in se

Vncia habet tot enim formis vox no-  
stra notatur,

Horis quot Mundus peragit noctem-  
que diemque.

Vnciâque in libra pars est, quæ mensis  
in anno.

Hæc magno Latio libra est, gentique  
togatæ.

Attica nam minor est. Ter quinque  
hanc denique drachmis.

Et teruicenis tradunt explerier vnam.

Accipe præterea patrio quam nomine  
Graij.

Μυᾶν vocitant, nostrique Minam dixe-  
re priores.

Centum hæ sunt drachmæ. Quod si de-  
cerperis illis

Quatuor, efficies hanc nostram deni-  
que libram.

Attica quæ fiet, si quartam demperis  
hinc, mina

Cecropium superest post hæc docuisse  
talentum.

Sexaginta minas, seu vis, sex millia  
drachmas,

Quod summum doctis perhibetur pon-  
dus Athenis.

27 Nam nihil his oboloue minus, maius-  
ue talento.

Nunc dicā solidæ quæ sit diuisio libræ,  
Siue assis. Nam sic legum dixere periti,  
Ex quo quid soli capimus, perhibemur  
habere,

Dicimur aut partis domini pro parti-  
bus huius.

Vncia nam libræ si deest, dixere deun-  
cem.

Aut si sextantem retrahas, erit ille de-  
cuncis.

Sed nullum reliquo nomen semuncia  
certum

Dempta dabit. Namque est huius se-  
scuncia triplex.

Dodrantem, reliquum vocitant, qua-  
drante retracto.

Cūque triens desit, Bessem dixere  
prios.

Idem Septuncem dempto quincunce  
vocarunt.

Post hæc Semissis, solidi pars maxima  
fertur.

Nam quod dimidium superat, pars esse  
negatur,

Vt docuit tenui scribens in pulvere  
Musa.

Cetera dicta prius : quibus est semun-  
cia maior.

Hæc de ponderibus. superest pars alte-  
ra nobis,

Humida metiri, seu frugum semina  
mauis:

Cuius principio nobis pandetur origo.

Pes longo spatio, atque alto, latoque  
notetur:

Angulus & par sit, quem claudit linea  
triplex:

Quatuor & quadris medium cingatur 28  
inane:

Amphora fit cubus. Quam ne violare  
liceret,

Sacrauere Ioui, Tarpeio in monte  
Quirites.

Huius dimidium fert Vrna, vt & ipsa  
Medimni

Amphora: terque capit modium. Sexta  
rius istum

Sedecies haurit: quod soluitur in digi-  
tos pes.

At Cotylas, quas si placeat, dixisse li-  
cebit



Heminas , recipit geminas sextarius vnus.

Qui quater assumptus, Graio fit nomine  $\chi\acute{o}\nu\iota\zeta$ .

Adde duos,  $\chi\acute{o}\nu\varsigma$ , fit: vulgò qui est congius idem.

E quo sextari nomen fecisse priores Crediderim, quo deos capiat sex congius vnus.

At cotile Cyathos bis ternos vna recepat.

Sed de abaco nobis id pondus sæpe notatur.

Bis quinæ hunc faciunt drachmæ, si appendere velles.

Oxibaphum fiet, si quinque addantur ad istas.

At mystrum cyathi quarta est: ac tertia mystri,

Quam vocitant chemen. capit hæc cochlearia bina:

Quod si mensuræ pondus componere fas est,

Sextari cyathus pars est, quæ est vncia libræ.

Necnon oxybaphi similis fescũcia fiet.

Sicil

Sicilicúmque tibi mystro simile li- 29  
cebit.

Cochlear extremũ est : scriptique imi-  
tabitur instar.

Attica præterea discenda est am-  
phora nobis,

Seu cadus. hanc facies, nostræ si adiece-  
ris urnam.

Est & bis decies quem cõficit ampho-  
ra nostra,

Culeus. hac nulla est maior mensura li-  
quoris.

Est etiam terris, quas aduena Nilus in-  
undat,

Artaba : cui superat modij pars tertia  
post tres.

Nanque decem modis explebitur ar-  
taba triplex.

Illud præterea tecum cohibere me-  
mento,

Finitum pondus varios seruare liquo-  
res.

Nam libræ, vt memorant, bessem sex-  
tarius addit,

Seu pueros pendas latices , seu dona  
Lyæi.

Addunt semissem libræ liuentis oliui.  
 Selibrámque ferunt mellis superesse  
 bilibri.

Hæc tamen assensu facili sunt credita  
 nobis.

Nanque nec errantes vndis labentibus  
 amnes,

30 Nec mersi puteis latices, aut fonte per  
 enni

Manantes, par pondus habent: non  
 denique vina,

Quæ campi, aut colles, nupérue, aut an-  
 tè tulere.

Quod tibi mechanica promptum est  
 depromere musa.

Ducitur argento, tenuiue ex ære cy-  
 lindrus,

Quantum inter nodos fragilis produ-  
 cit arundo.

Cui cono interius modico pars ima  
 grauatur:

Ne totus sedeat, totúsue supernatet  
 vndis.

Lineaque à summo tenuis descendit  
 ad ima,

Ducta superficie: tot quæque in frustra

secatur,

Quot scriplis grauis est argenti ærisue  
cylindrus.

Hoc cuiusque potes pondus spectare  
liquoris.

Nam si tenuis erit, maiori immergitur,  
vnda:

Sin grauior, plures modulos supesse no  
tabis.

Aut si tantundē laticis sumaturvtrinq;  
Pondere præstabit grauior. si pondera  
secum

Conueniunt, tunc maior erit, quæ te  
nuior vnda est.

Quod si ter septem numeros texisse  
cylindri

Hos videas latices, illos cepisse ter  
octo:

His drachma grauius fatearis pondus 3t  
in esse.

Sed refert æqui tantum comferre li  
quoris,

Vt grauior superet drachma, quantum  
expulit vndæ

Illius aut huius, teretis pars mersa cy  
lindri.

Hæc de mensuris: quarú si signa re-  
quires,  
Ex ipsis veterum poteris cognoscere  
chartis.  
Nunc aliud partum ingenio trademus  
eodem.

Argentum fuluo si quis permisceat  
auro,  
Quantum id sit, quóue id possis depré-  
dere pacto,  
Prima Syracusij mēs prodidit alta ma-  
gistri.  
Regem namque ferunt Siculum, quã  
nouerat olim  
Cœlicolûm regi, ex auro statuisse co-  
ronam:  
Compertóque dehinc furto (nam par-  
te retenta,  
Argenti tantundem opifex immiscuit  
auro)  
Orasse ingenium ciuis, qui mente sa-  
gaci,  
Quis modus argenti, fuluo latitaret in  
auro,  
Repperit, illæso, quod diis erat ante di-  
catum.

Quod te quale fiet, paucis, aduerte, docebo.

Lancibus æquatis, quibus hæc appendere mos est,

Argenti atque auri, quod edax purgauerit ignis,

Impones libras, neutrum vt præponderet: hæcque

Summittes in aquam. Quas pura vt ceperit vnda,

Protinus inclinat pars hæc, quæ sustinet aurum.

Densus hoc nanque est, similari crassius vnda.

At tu siste iugum: mediique è cardine centri

Interualla nota. quantum discerpserit illinc,

Quotque notis distet suspensio, pondere filum,

Fac drachmis distare tribus. Cognouimus ergo

Argenti atque auri discrimina. denique libram

Libra tribus drachmis superat, quum mergitur vnda.

Sume dehinc aurum, cui pars argentea mixta est,

Argentique meri par pondus: itémque sub vnda

Lancibus impositum specta. propensior auri

Materies. subsistet enim, furtúmque docebit.

Nam si ter senis superabitur altera drachmis,

Sex solas libras auri dicemus inesse,

Argenti reliquum. quia nil in pondere differt

Argentum argento, liquidis quám mergitur vndis.

Hac eadem puro deprendere possumus auro,

Si par corrupti pondus pars altera gestet.

Nam quotiens ternis pars illibata grauarit

Corruptum drachmis sub aquam, totidem esse notabis.

Argenti libras, quas fraus promiscuit auro.

Pars etiã libræ quæuis si fortè superfit,  
 Hæc quoque drachmarum simili tibi  
 parte notetur.

Nec non & sine aquis. \*

## RATIO COMPUTANDI

PER DIGITOS ET VTRAN-

que manum, ex BEDAE

ANGLOSAXONIS li-

bro de TEMPORVM

ratione.

**D**E TEMPORVM ratione, Domi- 33  
 no iuuãte dicturi, necessarium du-  
 ximus, vtilissimam primo, promptissi-  
 mámaque flexus digitorũ paucis præ-  
 monstrare sollertiam: vt quum maxi-  
 mam computandi facilitatem dederi-  
 mus, tum paratiore legẽtium ingenio,  
 ad inuestigandam, dilucidandãque  
 computando seriem temporum venia-  
 mus. Neque enim contemnenda, par-  
 uie pendenda est regula, cuius omnes  
 penè sacræ expositores scripturæ non  
 minùs quàm literarum figuras, mon-  
 strãtur amplexi. Dénique & multi alij



aliâs , & ipse diuinæ interpretis historiae  
 Hieronymus , in Euangelicæ tractatu  
 sententiæ, huius adiumentum discipli-  
 næ non dubitauit assumere . Centesi-  
 mus, inquit, & sexagesimus, & tricesi-  
 mus fructus, quanquam de vna terra,  
 & de vna semente nascitur, tamen mul-  
 tum differt in numero. TRIGIN-  
 TA referuntur ad nuptias . Nam & ipsa  
 digitorum coniunctio, quasi molli oscu-  
 culo se complectens, & fœderans, ma-  
 ritum sibi pingit & coniugem. SEXA-  
 GINTA ad viduas, eò, quòd in angu-  
 stia & tribulatione sint positæ: vnde &  
 in superiore digito deprimuntur. Quan-  
 tòq; maior est difficultas expertæ quò-  
 dam voluptatis inlecebris abstinere,  
 tantò maius est præmium. Porro CEN-  
 TESIMVS numerus (quæso, diligenter,  
 lector, attende ) à sinistra transfertur  
 ad dexteram: & iisdem quidem digitis,  
 sed non eadem manu, quibus in læua,  
 nuptiæ significantur & viduæ, circulum  
 faciens, exprimit virginitatis coronam.  
 34 Quum ergo dicis VNVM, minimum  
 in læua digitum inflectens, in medium

palmæ artum infiges. Cùm dicis **D V O**,  
 secundum à minimo flexum ibidem im-  
 pones. Cùm dicis **T R I A**, tertium simi-  
 liter adflectes. Cùm dicis **Q V A T V O R**,  
 itidem minimum leuabis. Cùm dicis  
**Q V I N Q V E**, secundum à minimo si-  
 militer eriges. Cùm dicis **S E X**, tertium  
 nihilominus eleuabis, medio duntaxat  
 solo, qui medicus appellatur, in mediū  
 palmæ fixo. Cùm dicis **S E P T E M**, mini-  
 mum solum, ceteris interim leuatis, su-  
 per palmæ radicem pones. Iuxta quem,  
 cùm dicis **O C T O**, medicum: cùm dicis  
**N O V E M**, impudicum è regione com-  
 pones. Cùm dicis **D E C E M**, vnguem in-  
 dicis in medio figes artu pollicis. Cùm  
 dicis **V I G I N T I**, summitatem pollicis,  
 inter medios indicis & impudici artus  
 immittes. Cùm dicis **T R I G I N T A**, vn-  
 gues indicis & pollicis blando coniu-  
 ges amplexu. Cùm dicis **Q V A D R A** 35  
**G I N T A**, interiora pollicis lateri vel  
 dorso indicis superinduces, ambobus  
 duntaxat erectis. Cùm dicis **Q V I N**-  
**Q V A G I N T A**, pollicem exteriore artu  
 instar Græcæ literæ **Γ** curuatū, ad pal

mam inclinabis. Cùm dicis **SEXAGIN-  
 TA**, pollicem, vt supra, curuatum, indi-  
 ce circumflexo, diligenter à frõte præ-  
 cinges. Cùm dicis **SEPTVAGINTA**,  
 indicem, vt supra, circumflexum polli-  
 ce immisso superimplebis, vngue dun-  
 taxat illius erecto trans medium indi-  
 cis artum. Cùm dicis **OCTOGINTA**,  
 indicem vt súpra circumflexum pollice  
 in longum tenso implebis, vngue vide-  
 licet illius in medium indicis artum in-  
 fixo. Cùm dicis **NONAGINTA**,  
 indicis inflexi vnguem radici polli-  
 cis infiges. Atque hætenus in læua.  
**CENTVM** verò in **DEXTERA**, quo-  
 modo decem in læua, facies. **DVCEN-  
 TA** in dextera, quomodo viginti in  
 læua. **TRECENTA** in dextera, quem-  
 admodum triginta in læua. Eodẽ mo-  
 do & cetera vsq; ad **NONINGENTA**.  
 36 Item **MILLE** in dextera, quemadmo-  
 dum vnum in læua: **DVO MILLIA** in  
 dextera, quemadmodum duo in læua:  
**TRIA MILLIA** in dextera, quemad-  
 modum tria in læua: & cetera vsque ad  
 nouem millia. Porrò **DECEM MIL-**

LIA cùm dicis, læuam medio pectori su-  
 pinam appones, digitis tantùm ad cœ-  
 lum erectis. VIGINTI MILLIA cùm  
 dicis, eandem pectori expansam late su-  
 perpones. TRIGINTA MILLIA cū  
 dicis, eadem prona, sed erecta, pollicem  
 cartilagini medij pectoris immittes.  
 QVADRAGINTA MILLIA cùm di-  
 cis, eandem in vmbilico erectam supi-  
 nabis. QVINQVAGINTA MILLIA  
 cùm dicis, eiusdem pronæ, sed erectæ  
 pollicem vmbilico impones. SEXA-  
 GINTA MILLIA cùm dicis, eadem  
 prona femur læuum desuper compre-  
 hendes. SEPTVAGINTA MILLIA  
 cùm dicis, eandem supinam femori su-  
 perpones. OCTOGINTA MILLIA  
 cùm dicis, eandem pronam femori su-  
 perpones. NONAGINTA MILLIA  
 cùm dicis, eadem lumbos apprehēdes,  
 pollice ad inguina verso. At verò, CEN-  
 TVM MILLIA & DVCENTA MIL-  
 LIA & cetera, vsque ad NONIN-  
 GENTA MILLIA, eodem, quo dixi-  
 mus ordine, in dextera corporis parte  
 cōplebis. DECIES autem CENTENA

MILLIA cūm dicis, ambas simul manus insertis inuicem digitis implicabis.

37 Est & alterius modi computus articulatum discurrens: qui quoniam specialiter ad Paschæ rationem pertinet, quum ad hanc ex ordine ventū fuerit, opportuniùs explicabitur. Potest autem & de ipso, quem prænotauimus computo, quædam MANVALIS LOQUELA, tam ingenij exercendi, quàm ludi agēdi gratia, figurari: qua literis quis sigillatim expressis, verba, quæ iisdem literis contineantur, alteri, qui hanc quòque nouerit industriam, tametsi procul posito, legenda atque intelligenda contradat, vel necessaria quòque per hæc occultius innuendo significans, vel imperitos quòsque quasi diuinando deludens. Cuius ordo ludi vel loquelæ talis est. Cūm primam alphabeti literam intinmare cupis, vnum manu teneto: cūm secundam, duo: cūm tertiam, tria: & sic ex ordine ceteras. Verbi gratia, si amicū inter insidiatores positum, vt caute rem agat, admonere desideras, tria, & vnum, & viginti, & decem & nouē,

& quinque, & vnū, & septem, & quinque, digitis ostende. huius nanque ordinis literæ, C A V T E A G E, significant. Potest & ita scribi, si causa secretior exigit. Sed hæc Græcorum compoto literis que facilius disci simul atque agi possunt: qui, non vt Latini, paucis iisdemque geminatis suos numeros solēt exprimere literis, verum toto alphabeti sui charactère in numerorum figuras expenso, tres, qui plus sunt numeros, notis singulis depingunt, eundē penē numeri figurandi, quem scribendi alphabeti ordinem sequentes, hoc modo.

α, β, γ, δ, ε, ζ, η,
I, II, III, IIII, V, VI, VII, VIII,
θ, ι, κ, λ, μ, ν, ξ, ο,
IX, X, XX, XXX, XL, L, LX, LXX,
π, ρ, σ, τ, υ,
LXXX, XC, C, CC, CCC, CCCC,
φ, χ, ψ, ω, Λ.
D, DC, DCC, DCCC, DCCCC.

Qui ideo mox, vt numeros digitis significare didicerint, nulla interstare

mora, literis quòque pariter iisdé præfigere sciunt. Verùm hæc hæctenus.

DE RATIONE VNCIARVM EX EODEM LIBRO.

- 38 VNCIARVM quoque diuisionem nosse, quæ non minùs temporibus rebùsue aliis, quàm numis est apta cõputandis, non ignobilis intentio est. Quibus quia & dispersæ passim historia, & ipsa sacra scriptura vtitur: nomina pariter & figuras earũ paucis affigere curauim⁹  $\text{P}$ , LIBRA, vel AS siue ASSIS, duodecim vnciæ.  $\text{SSS}$ , DE VN X, siue IABVS, vndecim vnciæ.  $\text{SSS}$ , DEC VN X, vel DEXTANS, decem vnciæ.  $\text{SS}$ , DODRANS, siue DORAS, nouem vnciæ.  $\text{SS}$ , BES siue BISSIS, octo vnciæ.  $\text{S}$ , SEPT VN X siue SEPTVS, septem vnciæ.  $\text{S}$ , SEMIS, sex vnciæ.  $\text{SS}$ , QVINCVN X, siue CINVS, quinque vnciæ.  $\text{SS}$ , TRIENS siue TRIES, quatuor vnciæ.  $\text{S}$ , QVADRANS siue QVADRAS, tres vnciæ.  $\text{S}$ , SEXTANS siue SEXTAS, duæ vnciæ.  $\text{II}$ , SESC VN X

siue **S E S C V N C I A**, vna vncia & semis.

**L**, vncia viginti quatuor scripuli. **℥**,

semita, duodecim scripuli. **℥**.

Duæ **S E S C V L A E** siue **S E S C L A E**, octo

scripuli, id est tria pars vnciæ. **℥**, **s i**

**c i l i c v s**, sex scripuli. **℥**, **S E S C V L A**

siue **S E S C L A**, quatuor scripuli. Dimi-

dia Sexcula siue Secla, duo scripuli. **ss**,

**S C R I P V L V S**, sex **S I L I Q V A E**. Hæc,

inquam, ponderum vocabula vel cha-

acteres, non modò ad pecuniam mē-

surandam, verùm ad quæuis corpora,

siue tempora dimetienda, conueniunt.

Vnde & ratio & mos obtinuit, vt in

cautione computorum, pueri vnum &

duo sapius assæ & dipondio mutent.

Itē tresis, quartusis, quinquusis, sex-

tusis, septusis, & cetera huiusmodi,

quasi tres asses, quatuor asses, quinque

asses, sex asses, proferant, & in eundem

modum sequentia numerorum quàm

plurima. Siue igitur horam vnam, siue

diem integrum, siue mensem, siue an-

num, seu certè aliud aliquod maius mi-

nusue temporis spatium, in duodecim

partiri vis, ipsa duodecima pars, vncia

40



est: reliquas vndecim deuncem appellant. Si in sex partiris, sexta pars sextas siue sextas: quinque reliquæ dextans, vel, vt alij, distas vocitantur. Si in quatuor, quarta pars quadratis nomen, re-  
 41<sup>I</sup> fiduæ tres dodrantis accipiunt. Et huius disciplinae regula soluitur, quod & pleròsq; turbat imperitos, quia Philippus in expositione beati Iob, ABSTVM MARIS OCEANI cotidie bis venire describens, adiunxerit, hunc vnus æquinoctialis horæ dodrante transmissio, tardius sine intermissione siue die venire, siue nocte. Porrò si per tria quid diuidere cupis, iam tertiam partem trientem, duas residuas bissem nuncupabis. Si per duo, dimidium semis appellatur. Sic & cetera: quæ verbo melius colloquentis, quàm scribentis stilo disci pariter & doceri queunt. Item de corporibus, siue milliarium, siue stadium, siue iugerum, siue perticam, siue etiam cubitum, pedémue, aut palmum partiri opus habes, præfata ratione facies.

VOLVSI METIANI 49

DISTRIBUTIO, ITEM

*Vocabula ac notæ partium in re-  
bus pecuniaris, pondere,  
numero, mensura.*

42  
SÆPENUMERO, CENSOR, ani-  
maduerti agrè ferentem te, quòd  
ASSIS distributionem & in heredum  
institutione, & in aliis multis necessa-  
riam, ignotam haberes. Quæ ne tam  
exigua res ingenium tuum vllò modo  
moraretur, cum partes ipsas, tum vo-  
cabula & notas proponendas existima-  
ui. Et deprehēdes distributionem qui-  
dem partium infinitam, oppidò autem  
quàm exigua vocabula ac notas.

43  
Prima diuisio solidi, id est libræ, quod  
AS vocatur, in duas partes dimidias de-  
ducitur. Pars dimidia SEMIS vocatur.  
nota eius S. Sequens diuisio fit in tres  
tertias partes. pars tertia TRIENS vo-  
catur. nota eius — — Sequitur diuisio  
in quatuor quartas partes. pars quarta  
QVADRANS vocatur. nota eius — —  
Deinceps fit diuisio in sex sextas par-

tes. sextæ partis nomē est **SEXTANS**.  
 cuius nota est  $\text{—}$ , Deinde diuiditur in  
 octo octauas, quæ **SESCVNCIÆ** vo-  
 cātur: quarum est nota  $\text{Σ}$  item in no-  
 uem nonas. nona pars vocatur vncia  
 44 duæ festulæ. nota  $\text{—}$ . Diuiditur itē  
**AS** in duodecim partes duodecimas.  
 vocātur singulæ, **VNCIÆ**. cuius nota  $\text{—}$ .  
 Hæc velut elementa primæ de asse  
 distributionis, æqualitatem seruant.  
 Siquid quibusdam earum detrahas, vel  
 conferas, fient dispares: quare si qua-  
 dranti sextantem, vel trienti vnciam  
 applices, facies **QUINCUNCEM**: qui  
 constat ex quinque vnciis hoc est quin-  
 que duodecimis. Nota quincuncis  
 $\text{—}$  $\text{—}$ , Si semissi applices vnciā, vel  
 quincunci sextantem, vel trienti qua-  
 drantem, efficies **SEPTVNCEM**, hoc  
 45 est septem duodecimas. Nota septun-  
 cis  $\text{ſ}$ . Si septunci applicueris vnciam,  
 vel semissi sextantem, vel quincunci  
 quadrantem, vel trienti tantundem, fa-  
 cies **BESSEM**, id est duodecimas octo.  
 Nota befsis  $\text{—s—}$  Si befsi applicueris  
 vnciam, vel septunci sextantem, vel se-

missi quadrantem, vel quincunci trientem, **DO DR ANTEM** efficies, hoc est nouem duodecimas. Nota dodrantis **S Z** Si dodrāti applicueris vnciam, vel bepsi sextantem, vel septunci quadrantem, vel semissi trientem, vel quincunci tantundem, facies **DEXT ANTEM**, hoc est decem partes duodecimas. Nota dextantis **S = =** Si dextanti applicueris vnciam, vel dodranti sextantem, vel bepsi quadrantē, vel septunci trientem, vel semissi quincūcem, facies **DE VNCEM**, hoc est vndecim duodecimas. Nota deuncis **S = — =**.

Ex his apparet, in quas partes æqualiter, in quas dispares **A s** diuidatur. 46  
 Quò tamen facilius & memoria res tenetur, summa diuisionis hæc est. In **A s s B** sunt vnciæ decem duæ, hoc est, partes duodecimæ duodecim: vnciæ & binæ sextulæ, nouem, hoc est, nouem nonæ: sescunciæ octo, id est, octo octauæ: se: sextantes sex, id est sex partes sextæ: quadrantes quatuor, id est, quatuor partes quartæ: trientes tres, id est, tres partes tertiæ: semisses duo, id est,

duæ partes dimidiæ. Ceteræ partes inæ  
 qualem faciūt diuisionē. In **DEVNCE**  
 sunt vnciæ vndecim, sextātes quinque  
 & vncia, quadrātes tres & sextās, trien-  
 tes duo & quadrās, quincunces duo &  
 vncia, semis & quincūx, septūx & triēs,  
 bes & quadrans, Dodrans & sextans,  
 dextans & vncia. De est alsī vncia. In

- 47 **DEXTANTE** sunt vnciæ decē, sextantes  
 quinque, quadrātes tres & vncia, trientes  
 duo & sextās, quincūces duo, semis &  
 triens, septunx & quadrans, bes & sex-  
 tans, dodrans & vncia. Deest alsī sex-  
 tans. In **DODRANTE** sunt vnciæ nouem,  
 sextantes quatuor & vncia, quadran-  
 tes tres, triētes duo & vncia, quincunx  
 & triens, semis & quadrans, septunx &  
 sextans, bes & vncia. Deest alsī qua-  
 drans. In **BESSE** sunt vnciæ octo, sex-  
 tantes quatuor, quadrantes duo & sex-  
 tans, trientes duo, quincunx & qua-  
 drans, semis & sextans, septunx & vn-  
 cia. Deest alsī triens. In **SEPTVNCE**  
 48 sunt vnciæ septem, sextantes tres &  
 vncia, quadrantes duo & vncia, triens  
 & quadrans, quincunx & sextans, semis

& vncia. Deest afsi quincunx. In SEMISSE sunt vnciæ sex, sextantes tres, quadrâtes duo, triens & sextans, quincunx & vncia, Deest afsi alter semis. In QVINCVNCE sunt vnciæ quinque, sextantes duo & vncia, quadrans & sextans, triens & vncia. Deest afsi septunx. In TRIENTE sunt vnciæ quatuor, sextantes duo, quadrans & vncia. Deest afsi bes. In QVADRANTE sunt vnciæ tres, sextans & vncia. Deest afsi dodrans. In SEXTANTE sunt vnciæ duæ. Deest afsi dextans. Huc vñ 49  
 que diuisio maiorum, vt ita dictum fit, partium, & celebris & nota est: sed quū in se natura infinitam partiēdi præstet facultatem, succedit VNCIÆ quoque (quæ est afsis, vt supra dictum est, pars duodecima) diuisio, non tam celebris quidem, sed tamen non adeo ignota. Vt afsis, ita vnciæ prima diuisio fit in duas partes dimidias: quæ vocātur SEMVNCIÆ. Nota semunciæ 20. Itē diuiditur vncia in tres partes, quæ vocātur BINÆ SEXTVLÆ. Nota binarū sextularū 30. Itē diuiditur vncia in qua-




tuor sicilicos, id est quatuor quartas.  
 Nota sicilici  $\text{3}$ . Itē in **SEXTVLAS** sex. i.  
 sex sextas. Nota sextulæ  $\backslash$ . Itē in duo-  
 decimas duodecī: quas singulas partes,  
**DIMIDIAS SEXTVLAS** vocamus. Nota  
 dimidiæ sextulæ  $\text{+}$ . Item in **SCRIP-**  
**PTVLA** viginti quatuor. Scriptuli no-  
 ta  $\text{H}$ . Est autem assis **SEMVN CIA**  
 pars vicesima & quarta: duæ sextulæ,  
 pars tricesima sexta: sicilicus, quadrage-  
 sima octaua: sextula, septuagesima se-  
 cunda: dimidia sextula, cētesima qua-  
 dragesima quarta: scriptulū, ducētesima  
 octogesima octaua. **SEMVN CIA** habet  
 Sicilicos duos sextulas tres, dimidias  
 sextulas sex scriptula duodecim. **DVAE**  
**SEXTVLAE** habent sicilicū & dimidiam  
 sextulam, sextulas duas, dimidias sex-  
 tulas quatuor, scriptula octo. **SICIL-**  
**LICY S** habet sextulam & dimidiam,  
 dimidias sextulas tres, scriptula sex.  
**SEXTVLA** habet dimidias sextulas  
 duas, scriptula quatuor. Dimidia sex-  
 tula habet scriptula duo. Has quoque  
 partes in quantunlibet dividere pos-  
 sis: verū infra eas neque notas, ne-

que propria vocabula inuenies. Præ-  
 terea dimidium scriptulū audio quos-  
 dam ratiocinatores *SIMPLIUM* vo-  
 care: quod erit totius assis quingen-  
 tesima septuagesima sexta. Quam &  
 ipsam partem infinito separare pos-  
 sis. Nec mirum, si infra has partes par-  
 titio facta, & nominibus & notis caret,  
 quum etiam inter partes superiores,  
 primasque diuisiones, pleræque partes  
 & nominibus & notis careant. Statim  
 namque vndecim vndecimæ assen effi-  
 ciunt: nec aut nomen proprium, aut  
 notam habent. Perinde decem deci-  
 mæ. Nam nona assis facit vnciam duas  
 sextulas. Octaua, (vt supra redditū est,)  
 fescuncia vocatur. Septem septimæ,  
 quæ & ipsæ assen implent, nec nomē  
 proprium, nec notam habent. Sextæ,  
 sextantes vocantur. Ne quintæ qui-  
 dem aut nomen proprium, aut notam  
 habēt. Iam verò tertias, trientes: quar-  
 tas quadrantes: sicut duodecimas, vn-  
 cias vocari ostensum est. Infra has ce-  
 teræ vsque sextam decimam, nomine  
 proprio notaque carent: sed sextade-



cima, semuncia, sicilicus dicitur. Nam sedecim semunciarum, octo sunt uncia. sedecim sicilici, quatuor uncia fiunt. iuncta uncia octo, assem implent. Septimadecima deinde interiecta, nomine notaque caret. Octauadecima uocabitur semuncia sextula. Nam haec decies octies ducta, assem efficiunt. Post has inferiores partes (excepta semuncia, duabus sextulis, sicilico, sextula, dimidia sextula, scriptulo) neque uocabula propria, neque notas habent: centesimaque commodia, ut usurarum nomine ad sortem applicaretur, sicilico, id est C auerso, eo notari: quod quum C centum significaret, conuertebatur ad eam summam, cuius centesima futura erat: & siue una conuenerat, vnus sicilicus: siue plures, tot sicilici ponebantur.

- 54 Sicut autem assis appellatio ad rerum solidarum, hereditatisque totius, diuisio autem eius ad partium demonstrationem pertinet: ita & ad pecuniam numeratam refertur: quae olim in aere erat, postea & in argento feriri coepit: ita

vt omnis nummus argenteus ex nume-  
 ro aris potestatem haberet . Eo in nu-  
 mero sunt hi ARGENTEI NUMMI:  
 DENARIUS, cuius est nota  QVI-  
 NARIUS, cuius est nota  SESTER-  
 TIVS, cuius nota est  VICTORIA-  
 TVS enim nunc tantundē valet, quan-  
 tum quinarium olim. At peregrinus nū-  
 mus loco mercis, vt nunc tetradrach-  
 mum & drachma, habebatur. DENA-  
 rius primò asses decem valebat, vnde  
 & nomen traxit. QVINARIUS, di-  
 midium eius, id est, quinque asses: vnde  
 & ipse vocatur. SESTERTIVS duos 55  
 asses & semissem, quasi semis tertius.  
 Græca figura, ἑβδομονήμιτάλαντον. Nā  
 sex talenta & semitalentum eo verbo  
 significantur . Lex etiam duodecim ta-  
 bularum argumento est: in qua duo pe-  
 des & semis, sestertius pes vocatur.  
 Nunc Denarius sedecim, victoriatus &  
 Quinarium octo, Sestertius quatuor as-  
 ses valet. Infra quam diuisionem sequi-  
 tur alia quædam subdiuisio, notas æquæ  
 ac propria vocabula habens . Quare si  
 ad denariam rationem conficias assem

hac nota scribas, ac voces semuncia ficili-  
 36 cus  $\times$ .  $\Sigma$  Semunciae enim sedecim, &  
 ficilici sedecim, assem efficiunt. DVPO-  
 NDIUM hac nota scribas, & voces ses-  
 uncia  $\times \Sigma$ . Nam sedecim sescunciae  
 dupondium efficiunt. TRESSIS hac  
 nota scribas, ac voces sextans ficilicus  
 $\times \text{—}$ . Aequè enim sedecim sextan-  
 tes, totidemque ficilici tres asses effi-  
 ciunt. QVARTVSSIS hac nota scri-  
 bas, vocésque quadrans  $\times \text{—}$ . Sede-  
 cim enim quadrantes quartussis effi-  
 ciunt. QNINQVES hac nota scribas  
 vocésque quadrans semuncia ficilicus  
 $\times \text{—} \Sigma$  Nam sedecim quadrantes,  
 ac totidem semunciae ficilicique, faciunt  
 quinques. SEXIS hac nota scribas, no-  
 minésque triens semuncia  $\times \text{—} \Sigma$   
 Aequè enim trientes & semunciae sede-  
 cies ducti, sexis efficiunt. SEPTVS hac  
 nota scribas ac nomines quincunx fici-  
 licus  $\times \text{—} \text{—}$  Simili enim modo  
 37 efficiunt. OCTVS hac nota scribas, ac  
 nomines sonus. Quibus eodem modo  
 multiplicatis, octus reperias. NONVS

hac nota scribas, appellésque semis se-  
 mūcia sicilicus  $\times S \varepsilon$ . Vt semissem hāc  
 quoque notam, quæ vocatur semissis  
 vncia sicilicus multiplicatum nonus in-  
 uenies. **DECVS** hac nota scribas, atque  
 nomines septuncē semūciam  $\times S \varepsilon$ .  
 Septuncem quoque ac semunciam to-  
 tiens si duxeris, decus efficiet. **VNDE-**  
**CIAES** hac nota scribas, appellésque  
 bessicilicus  $\times S \sqcap$  Nā bessicilici to-  
 tiens ducti, vndecieris efficiunt. **DVO-**  
**DECIAES** hac nota scribas: ac voces  
 dodrans  $\times S$  Dodrantes eodem mo-  
 do cōputati, duodeciās efficiunt. **TRE-**  
**DECIAES** hac nota scribas, vocésque  
 dodrās semūcia sicilicus  $\times S \sqcap \varepsilon$ .  
 Dodrantibus semunciis sicilicis eadem  
 ratione multiplicatis tredecim asses ef-  
 ficiet. **QUATVORDECIAES** hac no-  
 ta scribas, ac voces dextans semuncia  
 $\times S \sqcap \varepsilon$ . Dextātes semunciaque  
 sedecim æque quatuordecias efficiunt  
**QVINDECIAES** hac nota scribas,  
 ac appelles deūx sicilicus  $\times S \sqcap \varepsilon$   
 Deunx quoque ac sicilicus sedecies  
 ducti, quindecies efficiunt. Ingeniosis-

fimè autem quum ad denarium ratio  
 conficeretur, excurrentis æris nota in-  
 uenta est: quæ sedecies multiplicata id  
 efficeret. Nanque quum denarij nota  
 præscribatur, eique subiūgatur æris ex-  
 currentis nota, manifestum est eam se-  
 decies ducendam ex adnotatione de-  
 59 narij. Ad quinarium & victoriatum ra-  
 tionem Romæ confici nescio: quem-  
 admodum tamen, si velis, conficias, fa-  
 ciliùs apparebit, si priùs inspexeris, ad  
 quem modum sestertiaria ratio confi-  
 ciatur. tunc enim excurrentis æris licet  
 exemplum denariaræ rationis & dimi-  
 diam duces, vel sestertiaria & duplica-  
 bis. Ad sestertium ratio si conficiatur, se-  
 mis hac nota scribitur — T Vocatur li-  
 bella teruncius. Est autem LIBELLA  
 sestertij decima pars, TERVNCIVS  
 quadragesima: quæ duæ partes iūctæ,  
 octauam sestertij, id est, semissem effi-  
 ciunt. Nam octo libellis, id est, octo de-  
 cimis, teruncij octo, id est, octo quadra-  
 gesimæ, quæ fiunt quatuor vicesimæ,  
 hoc est duæ decimæ adiectæ complent  
 sestertium. Sunt enim in sestertio, libel-

lã decem, S I N G V L A E viginti, terun-  
 cij quadraginta. Infra semissem nemo 60  
 rationem tenere sestertiarum ducit.  
 potest tamen. Nam quadrans, qui est  
 pars sextadecima sestertij, poterit no-  
 tari S I N G V L A, quã est vicesima sester-  
 tij, & dimidio teruncio, qui est octoge-  
 sima sestertij. Nam vtrãque hæc pars  
 iuncta, efficit sextadecimam. A S no-  
 tari debet — ε. Hæc ad sestertium no-  
 ta vocatur. Duã libellã singula, fiunt  
 duodecimã & vicesima, hoc est quarta  
 pars sestertij. Nam quater binã libel-  
 lã, octo fiunt decimã: quatuor sin-  
 gula, quatuor fiunt vicesimã, hoc  
 est duã decimã, quã superioribus iun-  
 ctã, sestertium complent. A S S E M I S 61  
 notari debet ε — ε T. Vocatur tres li-  
 bellã singula teruncius: & sunt tres de-  
 cimã, vna vicesima, vna quadragesi-  
 ma, hoc est quarta & octaua sestertij.  
 Superfunt octauã quinque, id est se-  
 misses quinque, vt compleant sester-  
 tium. D V P O N D I V S hac nota S Vo-  
 cantur quinque libellã, quã sunt quin-  
 que decimã. Hæ duplicatã sestertium

implent. DV PONDIVS semis hac nota  $S\overline{7}T$  Vocantur sex libellæ teruncius. Sūt autem sex decimæ & quadragesima, id est dimidia & octaua totius. Superfunt octauæ tres, id est, semiffes ttes, vt sestertium compleāt. TRESSIS hac nota  $S\overline{—}E$ . Vocatur septem libellæ singula. Sūt autem pars dimidia & duæ decimæ & vicesima, hoc est, pars dimidia & quarta. Desunt duæ octauæ, id est quarta, quæ iuncta impleat sestertium. TRESSISEMIS hac nota  $S\overline{—}—ET$ . Vocatur octo libellæ singula teruncius. Sunt pars dimidia & tres dccimæ & vicesima & quadragesima, hoc est pars dimidia & quarta & octaua. Superest octaua, quæ adiecta sestertium compleat. LIBELLA dicta creditur, quasi pusilla libra. Nam quum olim ASSES libriles essent, & DENARIVS decem asses valeret, & decima pars denarij libram, quæ eadem as erat: singula scilicet libram, quæ eadem semis erat: teruncius quadrantem haberet, siue denariaria, siue sestertiaria ratio conficeretur, iisdem notis, id est li

bellarum, & singularum, & teruncio-  
rum, præposita nota denarij vel sester-  
tij, vt erat ratio, aëra exprimebantur.  
Postea quam in sedecim asses denarius  
distributus est, denaria ratio expeditiùs  
confici cœpit, vt supra dictum est sester-  
tiaria mansit sub iisdem notis. Aucta  
tamen computatione, hæc quoque li-  
bella, exemplo maiorum, in duos velut  
semisses, qui singulæ vocantur, & qua-  
tuor velut quadrantes, qui teruncij  
vocantur, diuiditur.

P O N D E R I S eadem diuisio est, quæ  
aëris. Nam in quas partes as diuiditur:  
in has & libra dispenditur. Ita as qui-  
dem seu de diuisione solidi, seu de pon-  
dere, seu de numerata in ære pecunia  
agatur: L I B R A autem in pondere,  
N V M M I verò argentei in pecunia, for-  
ma publica duntaxat nomen accipiunt.

M E N S V R A R V M liquoris atque gra-  
ni expeditior & forma & appellatio  
est. Nam Q V A D R A N T A L, quod  
nunc plerique A M P H O R A M vocant,  
habet V R N A S duas, M O D I O S tres,  
S E M O D I O S sex, C O N G I O S octo,



SEXTARIOS quadraginta octo, HEMINAS nonaginta sex, QUARTARIOS centū nonaginta duos, Cyathos quingentos septuaginta sex.

NOTÆ MENSVRARVM.

Quadrantalī	℥i.
Ad granum	v.
Vrnæ	℥s.
Heminæ	℥.
sextarij ad vinum	℥.
Semodij	℥ss.
Cyathi	℥l.
Congij	℥.
Modij	℥ss.
Quartarij	+ ℥.

65

ELIÆ VINETI SANTO-  
 NIS ANNOTATIONES IN  
 Prisciani librum de figuris, &  
 nominibus Numerorum.

¶ ELOQUENTIAM VESTRAM I  
 Pluralis numerus pro singulari. Quod loquen-  
 di genus sub Caesarum & Augustorum ty-  
 rānide adulatoribus nimium placuit. Priscia-  
 nus in grammaticorum præfatione ad Iulia-  
 num non est ita locutus. ¶ ad millies mil- 2  
 le. quem Galli millionem vulgò dicunt. Pli-  
 nius libro tricesimo tertio Naturalis historiæ.  
 Non erat apud antiquos numerus ultra cen-  
 tum millia. Itaque & hodie multiplicantur  
 hæc, vt decies centena millia aut sæpius dicen-  
 tur. Hæc Plinius. qui millies millena potiùs  
 dixisset, vt arbitror, quàm millies mille. Sic  
 enim Cicero & alij veteres Latini dispertiti-  
 uis numerorum nominibus in multiplicando  
 potiùs vsi. ¶ non plus tredecim.

i	vnnum,
v	quinque,
x	decem,
l	quinquaginta,

M	mille,
ΙΙΙΙ	quinque mi'lia,
CCIIII	decem millia,
ΙΙΙΙΙ	quingenta millia,
CCCCIIII	centum millia,
Ϟ	quingenta millia,
CM	mille millia.

Plures in libro de notis, qui Marco Valerio Probo inscriptus extat. ¶ Ergo ια pro μία. In vetusto codice Græca tonus non habebant notatos. Impressi ιά scribebant: sed Cyrillus ιάυ vocem esse dicit: vnam verò & primam vltima acuta ιάυ. ¶ vel sic X. In hac nota, literæ Δ & X facile agnoscuntur. ¶ χείλια χπέλεται. Versus hi in impressis exemplaribus adhuc desiderati sunt. Quorum tertius valde dubito, an sine mendo sit. Multum corrupta fuerunt Græca omnia in codice membraneo. In quo literarum nomina vt notabantur scribebanturque, ita reddidimus. Ibi fuit sola litera χ, quæ χ̄ vulgò scribitur, appellaturque. Π verò illic tribus locis Π Ε Γ: quam π̄ scribebant duabus tantū literis, pronuntiabantque, qui nobis prima lingue Græcæ rudimenta tradiderunt. ¶ Nam per

i vnum notabant. Notam vnius I, non li-  
 teram, sed lineolam vocat Aulus Gellius in  
 principio libri decimi noctium Atticarum.  
 Et certe sunt, qui à Prisciano hic ita dissen-  
 tiunt, vt dicant non à Græcis hominibus eo-  
 rumque literis, sed ab illiteratorum tesseriis, ta-  
 leisue, numerarias istas notas vsu receptas. Vide  
 caput vltimum libri decimi parærgon Andreae  
 Alciati. ¶ Decem per χ. Decim frequen-  
 ter vetusti codices, i pro e ante m: quomodo &  
 in Virgilianis castigationibus monuit Pic-  
 rius. ¶ quæ nota est quinquaginta  
 Græci per consonantem υ quinquaginta no-  
 tant: quæ est Latina n. ¶ teste Appollo-  
 nide. Quis hic fuerit grammaticus Appollo-  
 nides, non satis scio. Est apud Stobæum, & in  
 epigrammatum anthologia, Poeta Græcus  
 Apollonides. Est & vnus ex Plinij Solinique  
 auctoribus Apollonides: ex quo inter cetera  
 Bithias Scythiæ illi nouerunt ¶ & Lucio  
 Tarrhæo. Hic mihi non multò notior. Tar-  
 rhæi prouerbia Græca formis edidit Aldus  
 Manutius. Citatur in vetustis scholiis Tar-  
 rhæus, qui commentaria in Apollonij Argo-  
 nautica scripserit: si forte sit idem Tarrhæus.  
 ¶ de quo Arruntius. Ita in Arruntio ge- s

minabant liquidam antiqui codices hoc loco:  
 alibi non geminabant, vt apud eundem Pri-  
 scianum libro tertio de superlatiuo. Viētori-  
 nus in capite de orthographia, vt ferrum, &  
 currit sic Arruntium per duo r scribere præci-  
 pit: si nomen idem sit. Hunc autem Arrun-  
 tium, nisi forte multi fuerunt Arruntij gram-  
 matici, Arruntium Claudium appellat Dio-  
 medes, quo loco de propriorum nominum spe-  
 ciebus disputat: Arruntium Celsum Carisus  
 de aduerbiis perditè, tutò, vt, Terentij & Vir-  
 giliij interpretem faciens. Quibus tamen om-  
 nibus locis impressi codices nostri Arruntium  
 vnico r scribunt. ¶ Teste etiam Didy-  
 mo, quem & Didimum scribunt antiqui li-  
 bri. Est enim vocalis illa Græca y, u vocalis  
 Latina. Hoc autem Didymo nemo plura scri-  
 psit, inquit Quintilianus libro primo institu-  
 tionum oratoriarum: quem & quatuor millia  
 librorum scripsisse meminit Seneca in episto-  
 la, quam numerant tertiam libri terttiidecimi  
 illarum, quas ad Lucillum scripsit. Suidas au-  
 tem aliquot Διδύμους grammaticos recen-  
 set: hunc, Claudium Didimum vocat. ¶ Ε-  
 ποίετο δὲ. In his Herodoti Græcis, si quid  
 corruptum habuit membraneus codex, id ex

ipſo ſui auētoris libro reſtituimus. Verborum  
 autem Herodoti vltimum eſt. ἡμιτάλαντον.  
 quæ ſequuntur alia Græca εἰ δ' οὐλον τῶν δέκα  
 τάλαντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα. κατὰ  
 λέγει ἔχειν ἑβδομον ἡμιτάλαντον. τουτέστι  
 ἕξ ἡμιου τάλαντα. ſicut in vetuſto codice  
 habuerunt, ita tibi damus: ſive Didymi ſine  
 hæc, ſive alicuius alterius, locū Herodoti Græ-  
 cum Græcè explicantis. ¶ Vt Dardanus 6  
 docet. Quis hic grammaticus? quem & ali-  
 bi citat. ¶ Scripulus eſt. Dicitur & ge-  
 nere neutro ſcripulum: vt apud Martialem in  
 epigrammate quarto libri quarti.

Ergo nec argenti ſex ſcripula Septi-  
 cianæ:

& in viceſimo quinti,

Flammataeue togæ ſcripula tota decē:

& in quinquageſimo quinto decimi.

Libras, ſcripula, ſextulæſque dicit.

Ceterum varia eſt huius nominis ſyllaba pri-  
 ma. Scrupulum per quintam vocalium, &  
 ſcripulum per tertiam ſcriptum reperio. Me-  
 dici noſtri ſcrupulum per u ferè appellant: ſed  
 qui per i ſcripulū malunt, hi deducunt à ſcri-  
 bēdo, propterea quod Græcis γράμμα dictum  
 legāt, vt in carmine illo mutilo de ponderibus.

Gramma vocât: scriplū nostri dixerē  
 priores: quod nomē γραμμα à verbo Græco  
 γραφειν originem trahit: cuius eadem est  
 significatio cum Latino scribere. At eam pri-  
 mam syllabam quæ i habet pro u variam etiā  
 reperies: quod id est scripulum et scriptulum  
 olim dictum sit, teste Carisio Grammatico  
 vetustissimo: cuius apponam verba de hoc no-  
 mine. Scriptulum, quod nunc vulgus sine t di-  
 cit, Varro in Plautorino dixit. Idem in anna-  
 li. Nummum argenteum conflatum primum  
 à Servio Tullio dicunt. Is quatuor scriptulis  
 maior fuit, quam nummi. Sic Carisius noster  
 habet: vnde coniicias, eos, qui suum scrupulum  
 à scrupo trahunt, errare posse: postquam ex scri-  
 pulo et scriptulo, scrupulum et scriptulum  
 ita possunt esse facta: sicut ex carnifice carni-  
 fex, et ex optimo, maximo, optimus, maxi-  
 mus, facta. ¶ Vnciæ duodecim libra.  
 Hæc est libra, quam postea Italicam et Ro-  
 manam libram, minamque appellabit dragma  
 rū nonaginta sex. ¶ Libra vel mina At-  
 tica, drachmæ septuaginta quinque. Tan-  
 tidem æstimat Minam Atticam carmen de  
 ponderibus. Corrupta exemplaria octoginta no-  
 tabant pro septuaginta quinque. ¶ Libra

vel Mina Graia, drachmæ nonaginta  
 sex. Hic numerus fuit in exemplaribus im-  
 pressis: in aliis CV, id est centum & quinque.  
 Mina Graia centum est drachmarum in car-  
 mine de ponderibus & mensuris. Vide de his  
 Guilielmum Budæum, Alciatū, & Georgiū  
 Agricolam. ¶ Talentum Atheniense  
 paruum, minæ sexaginta. Varia talentorū  
 genera apud veteres fuerunt, Atticum, Aegi-  
 neum, Euboicum, Byzantinum, Aegyptium  
 & alia: de quibus querunt, qui nuper de asse,  
 de mensuris, de ponderibus, & nummis scri-  
 pserunt. Apud eosdem multa de mina & li-  
 bra: quas Priscianus pro eodem accepit, ut hæ  
 minæ sexaginta, sint sexaginta libræ: & mi-  
 næ octoginta tres maioris talenti, octoginta  
 tres libræ Romanæ vnciarum duodenūm, ut  
 paulo post patebit. ¶ Bessis vnciæ octo.  
 Hic ita scripserunt etiam membranei libri,  
 pro BES. Dicebatur enim vtrunque, vel Be-  
 da teste: apud quem bis sis & bissa legitur pro  
 bessis i pro e. Bes autem monosyllabum, est in  
 Monosyllabicus Ausonij.

Tertia defuerit si portio quid reliquū?  
 Bes. ¶ Κεράτιον vel ΑΠΤΟΣ. Hoc 7  
 ΑΠΤΟΣ quid nominis esse debeat non



video, nisi forte λεπτόν. Leptum tamen, id est minutum, seu minutia, alij ceratio minus faciunt, & omnium minimum. ¶ in tricesimo quarto. non procul à fine. Ita tricesimum quartum dicit, quem inepti, quartum decadis quartæ. Istant δεκάδας Titij Liuij nõ nouerunt antiqui homines. Legitur autem apud Liuium, est pro sit: quingenos pro quingentos: & ea ratione, pro, ex ratione. ¶ signati octoginta. argenti addunt apud Liuium signati argenti octoginta. Ibi que tetradrachmam scripserunt pro tetradrachma. Neutrius generis nomen est τετραδραχμων: quod quatuor drachmas significat. ¶ quod tres oboli. Οβολός & scriptulus, idem, sex siliquæ. Drachma, tres scriptuli, siue oboli tres. Ergo drachma, decem & octo siliquæ. Hunc siliquarum numerum quater multiplica: fient quater denæ & octonæ siliquæ. Quatuor ergo drachmæ, id est tetradrachmum, sunt septuaginta duæ siliquæ. Tres autem denarios dicit

10 Liuius esse ferè tetradrachmum. ¶ Quorum singulæ septuagintaquinque drachmas habent. Idem Budeus, & Agricola, Priscianum hic errasse ostendunt. Nam si talentum Atticum maius, valet, ut ait, o-

Etoginta tres libras Romanas cum quatuor un-  
 ciis, & idem valent centum minæ Atticæ,  
 quarum singula septuaginta quinque drachmas  
 contineant: postquam libra Romana ex duo-  
 decim est unciis, octoginta tres libræ Roma-  
 næ & quatuor unciæ, sunt mille unciæ. &  
 quia drachmarum octo est unciæ, erit talen-  
 tum maius, ex octo millibus drachmarum.  
 Ceteræ verò minæ Atticæ si septuagies quin-  
 quies multiplicentur, fient tantum septem  
 millia & quingentæ drachmæ, quæ deberent  
 esse octo millia. Præterea quod subiungit de  
 talento minore, habere sexaginta secundum  
 Dardanum: si sexaginta minas Atticas intel-  
 ligit, quæ contineant septuagies quinquies se-  
 xagenas tantum, id est, quatuor millia & quin-  
 gentas drachmas: ipsum paulo post ex Sene-  
 cæ auctoritate sexaginta libras Romanas pro-  
 babit habere, quæ sunt nonagies sexies sexa-  
 genæ, hoc est, quinque millia septingentæ sexa-  
 ginta drachmæ. ¶ ut supra dictum est.  
 Italica & Romana mina, est, quam libram  
 simpliciter appellavit, ex duodecim unciis cõ-  
 stantem. Quod autem idem sit duodecim un-  
 ciæ, id est libra, & septuaginta denarij, sic col-  
 lige. Unciæ est scripulorum viginti quatuor,

ut supra dixit: & scripulus siliquarum sex-  
 quare in vncia fuerint centum & quadra-  
 ginta quatuor siliquæ. Hunc ergo siliquarum  
 numerum multiplica per duodecim vncias li-  
 bræ: fient mille septingentæ viginti octo sili-  
 quæ. Hanc denique summam siliquarum per  
 viginti quatuor diuidito, postquam, ut dixit,  
 denarij sunt vicenûm quaternûm siliquarû:  
 inuenies septuaginta duos denarios. ¶ Se-  
 neca in decimo epistolarum ad Noua-  
 tum. Inter Senecæ scripta, nullæ extant ad  
 Nouatum epistola, sed tantum libri tres de ira  
 II ad Nouatum scripti. ¶ Varro de lingua  
 Latina libro quinto. Hæc oratio non fuit  
 in codicibus impressis, inter verba comprobe-  
 mus & multa: quam in alijs reperimus. In  
 laceris tamen illis & mutilis Marci Tere-  
 tij Varronis reliquijs, quæ extant, liber nume-  
 ratur quartus, in quo leguntur hæc de asse &  
 partibus eius. In his autem ex Varronis libro  
 descriptis, quedam aliter habent, atque apud  
 Varronem ipsum hodie inueniuntur: sed Pris-  
 ciani exemplaribus nihil addere, neque detra-  
 here volumus. ¶ ab duobus decussibus  
 viceffis. Habent g quidem viginti & tri-  
 ginta: sed ab iis deriuata sæpius per c reperio

scripta, vicesimus, & tricesimus, viceni & triceni, vicennium & tricennium, vicesis & tricesis. Pro vicesis autem bicesis etiam per b pro u scribebant alia nostrorum exemplarium. Nam & ipsum viginti u pro b habet, quod ex his denis compositum sit. Ab autem hic habebant vetusti codices pro a, ab tribus, ab decem, ab duobus. ¶ quod Persius ostendit. Varronis esse hoc non potest. Nam ante natum poetam Persium, in cuius Satyrarum extrema quinta legitur centusis, Marcus Terentius Varro plus sexaginta annis mortuus fuerat, quomodo computat Hieronymus Eusebij interpres. At ne Prisciani quidem esse interiectionem facile crediderim. Sciorum quispiam audaculus potius inter scripserit. ¶ Semis quod semis. In Var 12 ronis codice, semis, quod semias: & semis, quod semias. ¶ In argento nummi, id est, à siculis. Alia exemplaria, Et argentei nummi, id est, ab siculis. Ipse Varronis codex, in argento nummi, id à Siculeis. ¶ Sestertius duobus semis. Sic omnia nostra exemplaria. In ipso Varrone: sestertius, quod semis tertius. ¶ Nummi denarij à decima libella. Apud Varronem nulla prepositione, Nummi

13 denarij, decuma libella. ¶ ΔΙΑΔΥΜΟC  
 ἐν τῷ ΔΕ. Hac Graeca ex unico exemplari,  
 edere meliora nō potuimus. ¶ Ἰάδης ἐν τῷ.  
 Plinius libro tricesimo quarto historiae natu-  
 ralis, Iadem inter nobiles statuarios memorat:  
 ceterum Iadem musicum aliunde non noui.  
 ¶ τὸ δινάειον. Vel ex hoc loco poterunt dis-  
 cere nostri homines, quā in inepti sint, qui vo-  
 calem Graecam η, proferunt ita, & non éta.  
 Omnia autem nomina Latina, quae hic Gre-  
 cis literis scribuntur, sic descripsi, ut in ex-  
 emplari vetusto scripta reperi. Accentuum  
 tantum notas adieci & spirituum. Δινάειον  
 ergo illic vltima breui, & Διωαείους vlti-  
 ma longa diphthongo, & δῖνα, id est, dena-  
 rium, denarios, & dena: σῆτερπιουμ, sester-  
 tium: σῆ, se: σημόδιουμ, semodium: σῆ(χου)αδ,  
 sesquas, sesquasus: quod nomen Latinum, nes-  
 cio, an alibi vnquam legerim. σῆ(χου)πλα  
 sescupla: τέρπιουμ, tertium vltimam literam  
 μ diphthongo ου praecedere, sicut & in σῆτερ-  
 πιουμ, & σημόδιουμ: μίλλε, mille geminata  
 consonante media, & posteriore syllaba bre-  
 ui, sicut eā corripit sui Latini: νόμμωσ, νό-  
 mos, priore syllaba diphthongo ου, & gemina-  
 ta etiam hic media consonante, quae admodum

& apud Iulium Pollucem libro nono, altera  
 vocali ω longa, ut eam accusatiuorum plu-  
 raliū terminationem semper Latini produ-  
 xerunt: & ϰοῦμ, cum, præpositio per ou & μ.  
 ¶ sedecim decem & septem. Qui pue- 14  
 rum numerare Latine docebant, dicere me  
 præcipiebant, quindecim, sedecim, septemde-  
 cim, octodecim, nouendecim: sed hæc tria  
 posteriora vereor, ut ne barbara sint. Miror  
 enim, quod hic auctor eorum nullam faciat  
 mentionem. Quod si in aliquo veterum scri-  
 ptorum forte reperiuntur, ut septendecim me-  
 mini legisse in Nerone Suetonij, & in Ver-  
 rinis Ciceronis: octodecim & nouendecim in  
 breuiario Eutropij: eosdem numeros ibi etiam  
 notatos inuenias, XVII. XVIII. XIX.  
 ut planè nescias, vtrum auctores ipsi septen-  
 decim, octodecim, nouendecim, dixerint, an  
 verò imperiti, quos notis comprehensos repe-  
 rerant numeros, ita ipsi extulerint, pro decem  
 & septem, decem & octo, decem & nouem:  
 quæ probat Priscianus: quæque interdum re-  
 perias in vetustis codicibus, & frequentius  
 etiam, quam illa, de quorum probitate dubi-  
 rare me confiteor. ¶ quanuis contrarium  
 ante decem. In vndecim, duodecim, trede-

cim, quatuordecim, sedecim, minores numeri  
 unum, duo, tres, quatuor, quinque, sex, præce-  
 15 dunt ante decim siue decem. ¶ Hæc inæ-  
 qualiter quidem. ὁμαλός, æqualis: ἀνό-  
 μαλος inæqualis. Hinc aduerbia ὁμαλῶς æ-  
 qualiter: ἀνομαλῶς inæqualiter. Ab ἀνόμα-  
 λος etiam est ἀνομαλία: quam Varro de a-  
 nalogia differens, inæqualitatem appellauit.  
 Sunt ergo primus & secundus, singuli & bini,  
 semel & bis, anomala: quæ non ducuntur ab  
 unus & duo, sicut tertius, terni, & ter, ab eo  
 fiunt, quod est tres: quartus, quaterni, & quater,  
 à quatuor. Anomali autem vocem corruperunt  
 aliquando barbari: qui à norma factum som-  
 niantes, anormalum dicebant. ¶ contra  
 consuetudinem Græcorum. Qui priorē  
 partē non declinant, ut δυοκαιδέκατος duo-  
 decimus, δυοκαιδέκατη, δυοκαιδέκατον. Sic  
 τρισκαιδέκατος, ὀκτωκαιδέκατος & alia.  
 ¶ vicesimus primus, vicesimus secun-  
 dus. Unus pro primus, & alter pro secundus,  
 hic interdum usurpatur. Eutropius libro quar-  
 to. anno quinquagesimo vno post, quam secun-  
 dum Punicum bellum transactum erat. Sic  
 unum & centesimum caput legis, in quadam  
 Cælij epistola ad Ciceronem: vna & vicesi-

ma legio apud Cornelium Tacitum, libro vicesimo. Liius libro tertio. Anno trecentesimo altero. Eutropius primo. Anno trecentesimo & altero. Liiij epitome quadragessimono: altero & sexcentesimo anno ab Vrbe. ¶ ad imitationem Græcorum. Dicunt græci εἰκοστὸς πρῶτος, vicesimus primus: εἰκοστὸς δεύτερος, vicesimus secundus: εἰκοστὸς τρίτος, vicesimus tertius, &c. Dicunt etiam cum coniunctione εἰκοστὸς καὶ πρῶτος, εἰκοστὸς καὶ δεύτερος, εἰκοστὸς καὶ τρίτος: & præposito minore numero, πρῶτος καὶ εἰκοστὸς, δεύτερος καὶ εἰκοστὸς, τρίτος καὶ εἰκοστὸς. Polybius in extremo libro secundo. Ὡς πρὸς εἰκοσὴν καὶ τετάρτην ὀλυμπιάδα. Et ibidem. Ὡς πρὸς ἑνάτην καὶ τριεκοσὴν. ¶ A vicesimo & supra. Vt vicesimus primus, vicesimus secundus, sic tricesimus primus, tricesimus secundus: quadragesimus primus, quadragesimus secundus: quinquagesimus primus, &c. ¶ Et dicere decimus & septimus. Hæc septem sine coniunctione etiam reperisse memini in bonis auctoribus, decimus tertius, decimus quartus, decimus quintus, decimus sextus, decimus septimus, decimus octauus, decimus nonus: sed quia imperiti homines variis modis corrupe-



runt antiquorum scripta, tutius fuerit, in nu-  
 merā diratione, antiquissimi grammatici præ-  
 ceptis auscultare. ¶ Anno quingesimo. In  
 16 Liuianis codicibus quingētesimo pro quinge-  
 simo, hodie legitur. ¶ Quæ Græci vocant  
 17 ἑβδομηκοντάκις. Huic loco sua restituimus  
 Græca ex duobus antiquis codicibus. ¶ Ci-  
 cero in secundo Verrinarum. In quarto,  
 ut nunc diuiduntur in libros orationes illæ,  
 atque in ea oratione, quā Asconius de iurisdic-  
 ctione inscribit. ¶ Vnde septimana die-  
 rum. Quæ sic Italis, Gallis, Hispanis, hodièque  
 appellatur: sed quod nomen hac significatione  
 apud antiquiores Latinos auctores non sis in-  
 uenturus. Hebdomáda sunt, qui libentius ap-  
 pellant, Græco verbo. De istis autem septi-  
 manis, & dierum nominibus, Angelus Poli-  
 20 tianus capite octauo Miscellaneorū. ¶ quo-  
 tiens, totiens, similiter multotiens, ali-  
 quotiens. Sic idem Priscianus libro quin-  
 to decimo, & Prisciano antiquior gramma-  
 ticus Victorinus. Quare longè ineptos iudica-  
 bis, qui nostris temporibus, Angelo Politiano,  
 ut arbitror, duce, & auctore, dicunt quoties,  
 24 toties, multoties, aliquoties, sine n. ¶ Cæsar  
 in Arato.

in Arato. Hoc non memini legisse in Germanici Caesaris Arateis, quæ extant.

IN CARMEN DE PON-  
DERIBVS ET MENSVRIS.

PONDERA Pæoniis. Remum Fauinum 29  
appellant huius imperfecti poematis auctorem vetusta exemplaria: sed corrupta nomina existimantes Politianus, Lilius Ferrariensis, & alij quidam, Rhemnium Fannium Palæmonem pro Remo Fauino appellauerunt. Prostitit autem aliquandiu sine titulo inter Prisciani scripta carmen hoc: vnde eiusdem Prisciani opus esse multi putauerunt. ¶ Scripulum nostri. Quia primam syllabam scripulum producit, vt in supra citatis illis tribus locis Martialis, id debet trisyllabum legi in hoc poemate, per eam quam syncopen vocant grammatici. ¶ Semina sex alij. Georgius Agricola libro de restituendis ponderibus & mensuris. ¶ Etenim cuncta non fœdere certo. Sic habuerunt omnia nostra exemplaria: syllabamque breuem sic producunt: quum sic legi possit, si quis malit. Etenim nõ certo fœdere cuncta. Agricola verò Georgius

libro de restituendis ponderibus & mensuris,  
 legit, etenim nō omnia foedere certo. ¶ Scri-  
 pla tria drachmam faciunt. Sic fuit in an-  
 tiquo libro, pro, in scripulis ternis drachmarū.  
 Potest autem a in tria ideo productum vide-  
 ri, quod sequatur muta cū liquida. ¶ Hol-  
 cēque, ὀλκῆ apud Galenum & alios. ¶ Nā  
 26 sex his, sextulis. ¶ Grāmata dicta. Greci  
 γράμματα dicunt, quas Latini literas: & vi-  
 ginti quatuor habent: quot diei civilis horas  
 numeramus. ¶ Hæc magno Latio. Lati-  
 na, Italica, Romana libra, est ex duodecim un-  
 ciis: quæ sunt drachmæ nonaginta sex. ¶ ter  
 quinque hanc. Ter quinque, quindecim: &  
 ter viginti, sexaginta. Quindecim autem &  
 sexaginta, septuaginta quinque. ¶ Quod  
 si decerpseris. Ex centum drachmis si qua-  
 tuor drachmas subduxeris, reliquæ erunt no-  
 naginta sex drachmæ: quæ Romana libra est.  
 ¶ Si quartam dempseris hinc. Id est, si  
 ex centum drachmis, quæ Graia mina est, de-  
 traxeris quartam partem, quæ drachmæ sunt  
 viginti quinque, fiet Attica mina: quàm di-  
 xit ex septuaginta quinque drachmis consta-  
 re. ¶ Cecropium. Atticum, Atheniense  
 talentum. ¶ Sexaginta minas. Sexaginta

mina Graiae, sunt sex millia drachmarum, post  
 quam mina centum drachmas valet. Si quis  
 autem contendat a longum semper esse in fine ho-  
 rum nominum triginta, quadraginta, quin-  
 quaginta, sexaginta: id ut a hic quoque pro-  
 ducatur, minas pro minas legere potes. ¶ Nā  
 nihil his obolo. Budaeus, Porcius, Alciatus. 27  
 Agricola, de his quaesierunt diligentius ex Pol-  
 luce, Galeno, Cleopatra, Suida, & aliis. ¶ Nā  
 sic, assen. ¶ Erit ille decuncis. Quo casu  
 decuncis? Pro decuncis legitur & decunces. ¶ Sed  
 nullum reliquo. Semunciam, id est, dimidium  
 unciae, si ex asse sustuleris, restabunt undecim  
 unciae & semis. ¶ Tenui scribēs in pul-  
 uere, geometriae peritus. Sed quis hic?  
 Pes longo spatio latoque notetur in  
 anglo.

Ineptus fuit, qui hoc, in anglo, subiecit ad  
 complendum versum, quem sic mancum in-  
 uenerat.

Pes longo spatio latoque notetur.

Petrus Daniel Aurelianensis codicem anti-  
 quum miserat: in quo etiam mutilus erat hic  
 versus sicut in omnibus aliis nostris. De hoc  
 ergo eum rogaueram scripseramque sic potius  
 legi posse.

Pes longo spatio latóque notetur & alto:

quum rescripsit habere se codicem ex impres-  
sorum antiquissimis in quo sic legeretur.

Pes longo spatio, atque alto, latóque  
notetur.

- ¶ Angulus vt par sit. Vt angulus sit equa-  
bilis, & rectus: quem iungunt tres lineæ triū  
dimensionum, longitudinis, altitudinis, & la-  
titudinis. Sed de fabrica Amphoræ, Quadran-  
tis, Cubi, lege Budeum libro quinto de Assse,  
& Georgium Agricolam de restituendis pon-  
28 deribus & mensuris. ¶ Quam ne viola-  
re liceat. Locum hunc explicauit Georgius  
Agricola libro primo de mensuris Romanis.  
¶ Tarpeio in monte. In monte Capitolio:  
vbi fuit arx Tarpeia & Iouis Capitolini tē-  
plum. ¶ Térque capit modium ampho-  
ra. ¶ Sextarius istum. Hoc est, modius ca-  
pit sextarius sedecim. ¶ Quot soluitur in  
digitos pes. Pedem, quo res metimur, in se-  
decim partes æquales diuidimus: quos appella-  
mus digitos. Diuiditur idem & in duodecim,  
quos vocamus pollices. ¶ Heminas. ἡμισιον  
dimidium significat: vnde heminam dictam  
putāt. Festus. Hemina ex Græco ἡμισιον: quod

est dimidia pars sextarij. ¶ Adde duos. Ad  
 quatuor sextarios, qui  $\chi\lambda\upsilon\iota\alpha$  faciunt, adde  
 duos sextarios, fient sex sextarij: qui  $\chi\sigma\alpha$  com-  
 plent. ¶ Bis quinæ. Docuit Agricola in-  
 telligendum hoc de pondere olei. Sensus ergo  
 huius loci erit. Cyathum olei, pendere decem  
 drachmas. ¶ Si quinque addatur, si quin-  
 que drachmæ ad decem addentur, fient quin-  
 decim drachmæ: quot continet cyathus semis.  
 ¶ Quam vocitant chemen.  $\chi\mu\epsilon\eta$  est re-  
 ctus huius: quod variè corruptum fuit in no-  
 stris exemplaribus. De cheme & mystro Agri-  
 cola libro 3. ¶ Nostræ. Romanæ amphoræ, 29  
 quæ continere duas urnas dicta est, si unam  
 urnam addideris, fiet Attica amphora, tres  
 complectens urnas. ¶ Artaba.  $\alpha\rho\tau\alpha\beta\alpha$ ,  
 mensura Aegyptiaca, Persica, Medica:  
 de qua plura Georgius Agricola in libro  
 priore de externis mensuris. ¶ Illud præ-  
 terea. Idem Agricola libro tertio de ponde-  
 ribus. ¶ à summo. Sic habent hic scripti 30  
 calamo codices, & sic legendum, non à sum-  
 ma. ¶ tot quæque. & quæ linea ducta  
 in superficie cylindri secundum longitudinem,  
 à summo ad imum eius in tot partes dividi-  
 tur, quot scripula pendit cylindrus. ¶ Hoc.

hac re, cylindro. ¶ maiori immergitur.  
 Legitur & maiori mergitur. Sensus autē est,  
 si aqua in quam cylindrum inieceris, fuerit  
 tenuis & lenior, ea cedit oneri: & in eam cy-  
 lindrus altius descendet, maiorēque pondere.  
 Sed confer huc, quae de aqua marina & flu-  
 uiali disputat Aristoteles in problematibus,  
 & Macrobius septimo Saturnaliorū. ¶ plu-  
 res modulos. plura, quae dixit, frustra, &  
 partes cylindri, super aquam extabunt.  
 ¶ Aut si tantundem. Vt cyathum aquae  
 fontanae, verbi gratia, & cyathum puteanae.  
 Quanquam scribit Plinius libro tricesimo pri-  
 mo leuitatem deprehendi aliter, quā sensu,  
 vix posse, nullo pene momento ponderis aquis  
 inter se distantibus. ¶ Si pōdera secum.  
 pondere pro pondera, quaedam exemplaria, sed  
 eodem, puto, sensu. Si aquarum, & aliorū li-  
 quorum pondera, inter se conueniunt: aut si  
 aquae pari inter se conueniunt pondere: vt si  
 fuerit, exempli causa, aquae pluuiae libra, &  
 libra aquae fluminalis: maior erit quantitas a-  
 quae pluuiae, quā alterius: quod aqua pluuia  
 sit tenuior & lenior. ¶ ter septem nu-  
 meros. viginti vnā earum partium, in  
 quas diuisa sit linea longitudinis cylindri.

¶ illos. alteros latices. alterum liquorem.  
 ¶ His drachma grauius. longitudinem Cy  
 lindri diuisit in scripula. Sunt autem tria in- 31  
 ter viginti vnum & viginti quatuor, quæ  
 drachmam faciunt. ¶ quarum si signa.  
 Mensurarum, ponderum, numerorum notæ  
 extant, sed corruptæ pleræque, apud Corne-  
 lium Celsum, Valerium Probum, Volusium  
 Metianum, Scribonium largum, Priscianum,  
 Bedam, Paulum diaconum. ¶ Argentum  
 fuluo. Scribitur & flauo. ¶ Prima Syra-  
 cusi, Syracosii, sunt, qui scribere malint in Si-  
 leno Virgili, quam Syracusio. Syracusanus au-  
 tem Archimedes quomodo deprehenderit ar-  
 genti in aurea corona mistionem, & manife-  
 stum artificis furtum, exponit pluribus Vitru-  
 uii libro nono. ¶ illæso quod diis erat  
 ante dicatum. corona illa aurea, iam facta.  
 ¶ Densius hoc. Hic quædam exemplaria P 32  
 pro D habent, Pensius pro Densius. Sunt au-  
 tem hæc magis etiam corrupta apud Palladiū  
 in libro de Architectura. ¶ Necnon &  
 sine aquis. Extremū carminis hoc hemisti-  
 chiū, in omnibus nostris exemplaribus. Quod  
 autem per aquam docuit, id etiam sine aqua  
 deprehendi posse deinceps docebat Fannius, si



forte carmen absoluit: quod ad nos venit im-  
perfectum.

## I N B E D A M.

- 33 ¶ Hieronymus in euangelicæ tracta-  
tu historię. In ipso ferè principio libri primi  
contra Iovinianum. Auctores autem multi,  
& Hieronymo antiquiores, istius disciplinæ  
meminerunt. Iulius Firmicus libro primo.  
Vides, ut primos discentes computos, digitos  
tarda agitatione deflectant? Macrobius libro  
primo Saturnaliorum de Iano. Inde & simu-  
lacrum eius plerunque fingitur manu dex-  
tera trecentorum, & sinistra sexaginta &  
quinque numerum tenens, ad demonstnan-  
dam anni dimensionem. Et septimo, de digito,  
qui minimo vicinus, medicinalis appellatur.  
Complicatus enim senarium numerum digi-  
tus iste demonstrat. Apuleius in apologia se-  
cunda de magia. Si triginta annos pro decem  
dixisses, posses videri pro computationis gestu  
errasse: quos circulare debueris, digitos aperuis-  
se. quum verò quadraginta, quæ facilius ceteris  
porrecta palma significantur, ea quadragin-  
ta tu dimidio auges. non potes digitorum ge-

stu errasse. Plutharchus in regum & imperatorum apophthegmatibus. Oruntes regis Artaxerxis gener, ab irato rege exactoratus, damnatusque. Quemadmodum, inquit, supputatorum digiti, nunc decem millia, nunc unum tantum ponere possunt: Sic & regum amici interdum possunt omnia, interdum minimū. Quintilianus libro primo institutionum oratoriarum de notitia numerorum. In causis vero vel frequentissimè versari solet: in quibus actor non dico si circa summas trepidat, sed si digitorum saltem incerto aut indecoro gestu à computatione dissentit, iudicatur indoctus. Et libro undecimo de gestu manuum. Nam gestus poculum poscentis, aut verbera minantis, aut numerum quingentorum flexo pollice efficientis, quæ sunt à quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem vidi.

Iuuenalis libri quarti Satyra prima.

— atque suos iam dextra computat  
annos.

In quem locum sic scribit vetus interpres, siue Annæus Cornutus is sit, siue Valerius Probus, ut plerisque placere video. Usque ad centum numerus in læua manu computatur: à centum, & deinceps per dexteram fit computa-

tio. Plinius libro tricesimo quarto Naturalis  
 historiae. Præterea Ianus Geminus à Numa  
 rege dicatus : qui pacis bellique argumento co-  
 litur, digitis ita figuratis, vt trecentorū quin-  
 quagintaquinque dierum nota per significa-  
 tionem anni, temporis & æui se deum indi-  
 caret.

Ouidius libro tertio Fastorum de numero de-  
 nario.

Seu quia tot digiti per quos nume-  
 rare solemus.

Et in Elegia tertia libri secundi de Ponto.

At reditus iam quisque suos amat:  
 & sibi quid sit

Vtile, sollicitis computat articulis.

Nicarchus libro secundo Græcorum Epigram-  
 matum.

Ἡπολιὴν κροτάφοισι Κοτύπαις, ἢ πο-  
 λύμυθος.

Γραῖα, δι' ἣν Νέστωρ οὐκ ἐπιωρεσβύ-  
 πατος,

Ἡ φάος ἀθρήσασ' ἐλάφῃ πλέον, ἢ χει-  
 λαῖῃ

Γῆρας ἀειθμεῖα δὲ δεύτερον ἀρξά-  
 μιν,

Ζῶει, καὶ λεύασουσα, καὶ ἀρπίπος, οἶά τε

ῥύμφη.

Ὡς ἔμε διὰ τὴν ἐν, μήτι πεπονη? Αἶδης.

Hæc ergo, & si qua sunt huiusmodi alia veterum scriptorum loca, quod nos hodie intelligimus, hoc vni Bedæ Anglo debemus: ex quo solo hanc numerandi disciplinam discere possumus. Undecūque illam acceperit circiter annū à Christo nato septingentesimum. ¶ Quia 35  
dicis septuaginta. Huius numeri & in sequentis turbaræ descriptiones in nostris exemplaribus. ¶ Est & alterius modi computus. Ita computus per o vulgus, sicut & nos pueri ediscebamus.

Computus est talis propriè dictus manualis:

Sed computus per u vetus codex: quem in exiguis Sanctamandanorum monachorum bibliothecæ reliquiis fortè reperi anno post natū Christum millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, quum propter pestilentiam Burdigala secessissem, Engolismensemque Montiniacum venissem ad salutandum visendumque Iacobum Benedictum, illum, senatus Burdigalensis principem: qui & ipse in patriam eo autumno secesserat. Esto ergo hic potius Computus per u à compu-

tando : videaturque Computus quasi computatus quidam esse : sicut Gustus ex eo contractus videtur, quod est gustatus, à gustando, quanquam diuersa declinatione, quum gustus per quartam flectatur, computus per secundam. Nouum autem verbum computus: quod apud scriptorem Iulio Firmico antiquiorem legere non memini: qui Chaldaica illa componebat circiter annum Christi trecentessimum

38 & quadragesimum. ¶ Et figuras earum.

Sup. 30. Figurae istae, vt iam diximus, & notae vnciarum, ponderum, mensurarum, sunt tam variae in libris omnibus, quam varia ipsa exemplaria, & librariorum manus: vt quae pro veris habenda sint, nescias praeter eas, quas Priscianus & quidam alij veteres grammatici descripserunt. Nos quas in perantiquo Bedae libro, cuius modo meminimus, & altero, qui sodalium Franciscaliū Burdigalensium fuit, reperimus, & quae in nouis desiderabatur, eas curauimus appingendas. ¶ As siue asis. Asis rectum casum alibi non legi. ¶ Deunx siue Iabus. Labus L pro I, quaedam scribunt exemplaria. Quod nomen alibi legere non memini. ¶ Dodrans siue Doras. Neque hoc Doras apud alium legi: quod à dodrante duabus lite-

vis abest D & N. ¶ Bes siue BISSIS.  
 Bessis pro hoc bisbis apud Priscianum. Bissa  
 etiam quedam exemplaria pro bisbis, sicut an-  
 re monuimus. ¶ Septunx siue Septus.  
 Hoc seprus, nescio an sit integrum: quod apud  
 antiquiores non legi. ¶ Quincunx siue 39  
 Cincus. Quincunx est apud veteres: cincus  
 nescio, vnde acceperit Beda, nisi forte ex anti-  
 qui nominis corruptione. ¶ Triens siue  
 TRIBS. Hoc Tries ex Triens, sicut Qua-  
 dras & Sextas ex quadrans & sextans facta,  
 n reiecta. ¶ Duæ Sesculæ siue Sescelæ. Ita  
 hic scriptum reperimus, & infra sescula siue  
 sescla. Hanc ergo sescelam alibi non legi: quæ  
 videtur à sescula esse facta, sicut ex sæculo sæ-  
 clum cõtrahitur, & ex vinculo vinclum. Sed  
 sextulam x & t pro l & c dixerunt: & sex-  
 tulam esse dictam scripserunt Varro, Volusius,  
 & Fannius, quod sexta pars esset vnciæ. In-  
 certum ergo, quo modo scripserit Beda. Qui  
 Lentulum & titulum ex Lentulo & titulo fe-  
 cerunt: iidem ex sextula sextulam facere potue-  
 runt. ¶ Pueri vnum & duo, sæpius asse 40  
 & dipondio. Ita & nobis hodiè que in ludo  
 tesserarum, vnũ, as appellatur. ¶ Item tres-  
 sis, quartus, quinquis, sexis, septus. Sic

fuit in nostris codicibus vetustis: in aliis tres-  
 sis, quartusis, quinquusis, sextusis. Haec pro-  
 bat Varro. illa etiam apud Volusium legun-  
 tur (quinques tamen illic, pro quinquis) &  
 praeterea octus, Nonus, Decus, pro octusis, no-  
 nusis, decusis. ¶ Vel vt alij distas. Neque  
 41 hoc distas alibi legimus. ¶ Philippus in ex-  
 positione. Quod commentarium nuper Ba-  
 silienses expresserunt. Fuit autem Hieronymi  
 discipulus, homo hic, auctore Gennadio: qui  
 presbyterum appellat: & scribit obiuisse mor-  
 tem Marciano & Auito regnantibus. Quem  
 numerat annum à Christo nato quadringen-  
 tesimum & quinquagesimum septimum  
 Sigebertus.

IN VOLVSIVM ME-  
 TIANVM.

H<sup>VNC</sup> Libellum quomodo suus auctor  
 50 H inscripserit, dubito: cuius titulum in anti-  
 ptula. Sic t habuit nomen hoc in Metiani tã  
 nouis, quàm vetustis exemplaribus: sicut ve-  
 teres primùm dixisse supra docuimus. ¶ Cē-  
 53 tesimãque commodia. Sic fuit in vtrius-

que generis exemplaribus, quicquid sit nominis hoc commodia, siue à modio deductum, siue aliunde. ¶ Undecies hac not. Quæ in impressis exemplaribus erant Undecies, Duodecies, Tredecies, Quatuordecies, Quindecies, ea in vetusto codice Danielis nostri fuerunt Undeciære, Duodeciære, Tredeciare, Quatuordeciare, Quindeciare.

57

## FINIS.

## Errata sic corrigito.


Pag. 8. lin. 24. nomen, pro nouë. pag. 14. l. 1.  
 ἡμῶν τρίτον, pro ἡμῶν, ἡμῶν τρίτον. 15. l. 3.  
 munerorum, pro numerorum. 13. l. 13. quod,  
 pro quot. 33. l. 2. scriptique, pro scriplique.  
 35. l. 4. supesse, pro superesse. 36. l. 7. nouerat,  
 pro vouerat. 62. l. 2. vocantur, pro vocatur.  
 39. l. 16. post præptissima depone ma. 47. l. 8.  
 post duo scripuli. notam eorum sic facito &  
 In serie authorū lege, in his de pōderibus &c.  
 in indice, lege, octingentarius & octingentarius.





aa  
udu  
pa  
cet

op  
nt  
ol  
rio  
no  
ro  
m  
er  
pli  
tt  
rpi  
n  
as  
ta



1234 5678 9



**Plator**

si ap̄t̄ s̄i. q. ca. cum nos. ⁊ testiauit monachy i eccl̄is  
tano i stiauer ut testiaue n̄ possunt p̄b̄r̄ s; illos te  
s̄ teaur̄a plebis respoñteant monachis terebus t̄p̄a  
n̄. Inlacā. q. ⁊. tep: uir. cum ⁊ plantare. s̄. i. eccl̄is. c.  
no uir ad eos p̄meat t̄tē possit i stiaue ⁊ testiauer  
olm ⁊. tep: uir. qm̄ p̄fessionē. p̄fessionib; nomis  
m̄. iup̄p̄tate tam magna quod nō possunt honer  
tr̄q; festinant neutru bñ pagunt ep̄alib;. s̄. i. pro  
curatorib;. v. q. m. cauend. i. alacū et ead  
cā. q. m. illud i cathoꝝat̄ico et si ep̄e don̄  
tonet. eccl̄am mōachis cathoꝝat̄ici ibi  
tebet h̄re. i. te ton̄ pastorar. ⁊ tñ debent  
sac̄otes mōachorū h̄re vñ iura ep̄alia  
soluē ualeant ⁊ hospitalitatē seruare  
⁊ iurā suā honeste h̄re ut hic dicit ⁊. i. te  
preben. demonachis hospitalitatē tenē  
tur. n. clia ad illam hospitalitatē que  
p̄inet ad offm̄ pietatis. vly. di. s̄. i. nō  
ad illam q̄ sic ex debito seruatur. C. de  
ep̄is et clia. l. i. ⁊. i. de i. nuntiate. eccl̄

e con  
uica  
stiauit  
nsio  
eccl̄is  
tate i  
ep̄ali  
tatem  
abus.  
t stat  
paliuū  
as. q.  
mpte  
ros ce

